
Teki hr. Platera

T. VIII.



Rok 1584. 91 dok. 117

1.

Stephanus rex interdicit civitati Derpatensi, ne catholicos a magistratu arceat, neve publicum religionis catholicæ exercitium impediat.


Teka Naruszewicza 91, 5 97. Cod. dipl. Dogieli T. V. ex arch. M. D. Lith.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ etc. Universis et singulis, proconsulibus, consulibus, totique communitati civitatis Derpatensis, fidelibus Nobis dilectis, gratiam nostram regiam. Intelleximus a Fidelitatibus Vestris catholicæ religionis homines, qui Derpati habitant, neque ad senatum, neque ad magistratus ullos admitti, quare graviter offendimur. Neque enim dum Augustanæ confessionis usum Derpatensi civitati, uti et Livoniæ universæ, permisimus, catholicam religionem ab ea civitate exclusam esse voluimus, quin qui eam profiterentur, eos eodem jure eodemque loco et ordine cum cæteris civibus esse. Quapropter Fidelitatibus Vestris mandamus ut catholicos in civitate non tantum versari, et in eam commigrare patiantur, sed etiam eos in senatum adsciscant, et prout quis ad aliquem magistratum publicum fuerit idoneus, ab eo eum non arceant: nulla porro edere interdicta præsumant, quibus a catholicis homines deterreant, sed omnino catholicam religionem libere omnes, quibus ea voluntas fuerit, profiteri patiantur, neque secus faciant pro gratia nostra, atque certo sibi persuadeant, nullo modo, si id facere perseveraverint, Nos id toleraturos. Datum Grodnæ, die 16 januarii, anno Domini 1584, regni nostri octavo. (1)

Stephanus Rex.



1. (1) W tym dokumencie cztery są błędy u Dogiela: pierwszy w tytule dokumentu, gdzie jest Parnaviensis zamiast Derpatensis; drugi w dodanych po tytule króla wyrazach, dominus et hæres, których pewnie niemasz w oryginale; trzeci w dacie, Grodnæ die 16 januarii, anno Domini 1582. Król tego dnia, miesiąca i roku był w Wilnie, nie w Grodnie, a Derpt, lubo już ustąpiony traktatem w Kiwerowej Horce 15 stycznia podpisanym, nie był jeszcze przez Moskwę oddany. Weszli do tego miasta Polacy dopiero przy końcu lutego. Czwarty nakoniec w latach panowania, regni nostri anno septimo zamiast octavo.



Elżbieta królowa Anglii y Francyi do króla Stefana.

British Museum. Ex mss. bibl. Cotton. D. XIII.

Nayiaśnieyszy Królu, bracie y krewny nam ukochany.

Listy miłego nam sługi, Jana Herberta, w królestwie Polskiem posła naszego, zapewniaią nas o przychylności WKMci do osoby naszey, niemniey iak o staraniach swoich, aby układy między nami y miasta Elbląga obywatelami prawem na seymie utwierdzone zostały. Nie możemy wyrazić iak nam to wdzięcznie było: składamy więc za to WKMci nayszczersze podziękowania, prosimy go oraz, aby układy te dla pożytku państw naszych oboyga zawarte, mimo zawiści y przeszkód od Gdańszczan, powagą swoią królewską do skutku doprowadzić raczył. Wyniknie ztąd dla WKMci niemała chwała, gdy dowodzą przykłady, iż gdzie tylko kupcy Angielscy osiedli, natychmiast miasta te rosły w zamożność y bogactwa. Gdy zatem przez wzaiemne między poddanemi naszemi zamiany, handel, y przez ścisłą między nami przyiaźń, pożytki państw naszych pomnożą się, to o com wprzódy WKMość prosiła, proszę y teraz abyś handel ten powagą swoią po całey Polsce rozszerzał, y aby handel ten przez Gdańszczan zazdrośnych pomyślności miast innych, przez różne od nich przeszkody nie cierpiał. Co że WKMość z wielkiey roztropności swoiey, y przychylności ku nam uczynisz, nie wątpimy na chwilę. Prosimy Boga, aby WKMość długo kwitnącym i zdrowym zachował. Dan w Greenwich, dnia 16 stycznia, roku 1584.

WKMci dobra siostra y krewna,
Elżbieta Królowa.

Obmyślić trzeba obrony od Tatarów

III.

Rex Stephanus Martino Cromero.

Arch. princip. Czartor. MSS 310 № 35. — Teka Naruszewicza 91[6] 97. Ex arch. cap. Varmiensis.

Reverende in Christo Pater, sincere Nobis dilecte. Nuper exemplum epistolæ a vice-capitaneo Barensi de Tartaris scriptæ, et Nobis a castellano Camenecensi missæ, majoribus regni senatoribus communicavimus. Nunc vero alias, quas a custode finium de eadem re accepimus literas, Sinceritati Vestræ cæterisque primis senatoribus communicare voluimus. Videmus sane certum paratumque periculum, sed quo illud sit modo declinandum aut evitandum non videmus. Ineunda esset, quemadmodum a cæteris Dominis senatoribus, ita et a Sinceritate Vestra ratio, atque media a regni Ordinibus invenienda, quibus accidentibus istiusmodi sæpenumero periculis obviam iri possit. Benevaleat Sinceritas Vestra. Datum Grodnæ, die 28 januarii, anno Domini 1584, regni vero nostri octavo.

IV.

Donosi o fundacyi Biskupstwa Inflantskiego

Rex Stephanus Martino Cromero.

Arch. princip. Czartor. 310 MSS. № 36 — 91 7 — Ex arch. cap. Varm.

Reverende in Christo Pater, sincere Nobis dilecte. Ex iis literis, quas Nobis Sinceritas Vestra transmisit, quid Venerabilis Fabius Quadrantinus Pernavia scripserat intelleximus. In Nobis culpa istius, de qua queritur, rei non est. Nos enim quum episcopatum, Livonia recuperata, fundavimus, certam episcopo provisionem assignavimus, ex qua cæterarum in Livonia ecclesiarum clero prospicere, et usibus quotidianis necessaria ministrare deberet. Quod autem nominato a Nobis episcopo, et a Sede Apostolica confirmato, diplomata tam constitutionis episcopi, quam etiam confirmationis ad eam ipsius, transmissa hactenus non sint, non per Nos, sed per officialium curiæ Romanæ cupiditatem stetit. Videmus sane hunc Venerabilem Fabium Quadrantinum esse et honestate morum et doctrina non vulgari præditum, ita ut in tanta sacerdotum Germanorum alicujus ~~pro~~bitatis et doctrinæ inopia, in alium eum ex illo obscuro, quo nunc est loco, illustriorem transferendum, et in ampliori conditione ponendum arbitremur; quod ut faciamus aliquando cogitabimus. Adhortetur illum tantummodo Sinceritas Vestra, ut hæc, quæ hactenus illum presserunt, incommoda constanter ad incrementum gloriæ Dei, constituendamque multorum salutem, ut fecit, adhuc perferat: paciscatur autem cum illo de annua pensione, quam Nos illi tantam, quanta inter illum et Serenitatem Vestram convenerit, e portorio nostro Rigensi quotannis statis temporibus præstari et appendi mandabimus, qua de re ad illum scribimus, eumque ad illas difficultates aliquantisper tolerandas adhortamur. Bene valeat Sinceritas Vestra. Datum Grodnæ die 7 februarii, anno Domini 1584, regni vero nostri octavo.

V.

Dziękuje za przyjęcie Andrzeja Batorego jako Koadjutora

Rex Stephanus capitulo Varmiensi.

Arch. princ. Czartor. MSS 310 № 38 — 91 8 — Ex arch. cap. Varm.

Venerabiles, devote Nobis dilecti. Gratum valde Nobis est, promptas et faciles se Dominationes Vestras præbuisse in his, quæ de coadjutoria et susceptione in Varmiensem episcopatum pro Illustri ac Reverendo Domino Andrea Batori, fratris nostri filio, ab illis per secretarium nostrum, Venerabilem Petrum Tylicki, requirebamus. Intellexi-

× hoc est juxta eam formam, quam Dominationes Vestræ

mus autem ex eodem secretario nostro, tum ex literis Devotionum Vestrarum, esse nonnulla, quæ itidem a Nobis et nostro nepote Devotiones Vestræ postulent, nimirum ut procurator nepotis nostri, intra certum aliquod tempus, jusjurandum, pro more superiorum episcoporum, juxta exhibitam a Devotionibus Vestris formam, præstet, et ut caveatur a Nobis nihil hac re juribus Devotionum Vestrarum, et pactis de episcoporum eletione derogatum iri. Quod ad primum illud attinet, permittimus et spondemus his literis nostris pro nepote nostro, non defuturum illum hac in parte officio suo, daturumque per procuratorem suum, circa receptionem ad ecclesiam, sive munus coadjutoriæ, vel prius etiam, si commode fieri poterit, juramentum, quo contenta erunt Devotiones Vestræ,× exhibuerunt. De altero vero, cautione videlicet concedenda, facimus quod Devotiones Vestræ postularunt, mittimusque illis per cubicularium nostrum diploma cautionis ejusce, ita conscriptum, ut quæ in nostra essent potestate libenter præstiterimus, pauca tantum quædam ad finem exhibiti a Devotionibus Vestris exempli, certis de causis immutari jussimus, ita tamen, ut quæ pro iis substituta sunt, eumdem fere sensum habeant, et Devotionibus Vestris haud dubio satisfactura sint. In reliquis etiam rebus omnibus, quæ præstari a Nobis poterunt, Devotiones Vestræ regiam et paternam plane nostram benevolentiam et gratiam expectabunt. Datum Grodnæ, die 20 februarii, anno Domini 1584, regni vero nostri anno octavo.

Il cardinale Bolognetto, nunzio apostolico in Polonia, al cardinale Como.

Annales Eccl. Theineri, t. III. p. 757.

Wczoraj rano wyjechał stąd król na polowanie, a ztamtąd pojedzie do Grodna w końcu tego miesiąca. Rozeszła się tu wiadomość o śmierci wielkiego kniazia Moskiewskiego (1) Nie potwierdzają jej odebrane listy od posła Sapiehy, ale on nie pojechał jeszcze do Moskwy, bo go w drodze zatrzymano. Sprawdziłoby się co mi król niedawno powiedział, że wielki kniaź nie długo pożyje, i że zapewne nie doczeka końca rozejmu; bo żeby troski od siebie odpędzić, zaczął szukać w trunku pociechy i rozweselenia. Mówił mi król także że na nim przerwie się porządek następstwa na tron, dla tego że po zabiciu starszego syna pozostał mu jeden tylko syn tak miałkiego rozumu, że niepodobna przypuścić aby Moskwa chciała go mieć za pana. Gdy mu nuncyusz dał do zrozumienia, że gdyby potwierdziła się ta wiadomość, nastręczyłaby się dogodna sposobność podbicia Moskwy, nie zdawało mu się żeby ta myśl nie podobała się królowi, który rzekł mu na to, że z śmiercią jego lub wielkiego kniazia skończy się rozejm, że chociaż dawniej wielki kniaź wyprowadzał swój ród od cesarza Augusta, który nie zostawił żadnego potomstwa, przyznawał jednak po zawartym pokoju, że mamy wspólnego przodka; co mi ułatwi po nim następstwo, bo jest rzeczą niezawodną, że oba pochodzimy od Adama. Ale panowie Polscy widząc że się nie obejdzie bez zakładu na tę wojnę, nie myślą bynajmniej zaczepiać Moskwy; a gdyby była o tém propozycya na sejmie, odrzuciliby ją pod tym pozorem, że gdy Moskwa spokojnie się zachowała podczas pierwszego i drugiego bezkrólewia w Polsce, nie wypada Polakom niepokoić Moskwę, gdyby nastąpiło u niej bezkrólewie. Zresztą i to także przyczyniłoby się do utrzymania pokoju z Moskwą, że Polacy obawiają się teraz wojny z jednej strony ze Szwecyą, z drugiej strony z Turcyą. Di Vilna 17 d'Aprile 1584

~~(1) Iwan Wasilewicz Groźny umarł 28 marca tego roku~~

VI.

Mandatum regium de exigendo teloneo aquatico ad Montem Album ad unum duntaxat annum.

Teka Naruszewicza 9/, 11 Ex Hist. Prussiae Lengnichi, t. III, 68.

Universis et singulis, cujuscumque dignitatis, conditionis et ordinis, tam ecclesiasticis, quam secularibus, totique adeo nobilitati, cæterisque regni nostri incolis, sincere et fidelibus Nobis dilectis, gratiam nostram regiam. Sincere, fideles dilecti. Intelleximus id male quosdam subditos nostros habere, quod ad hunc præsentem octuagesimum quartum annum, Generosus Eustachius Konckius, noster ad Nogatum exactor, contributionem Nogatensem exigat, quasi jam anno præterito expirarit, murmurareque quosdam, relatum Nobis est, quasi privato arbitrio, et non comitiali auctoritate, a Nobis sit id Konckio commissum et demandatum, non teneri se vectigali aliquo, quod ipsi non scivissent, et quo se ipsos non obligassent. Nos quidem certe, ut nunquam in bona cujuspiam privati involavimus, sed nec involandi voluntatem habuimus ullam, ita multo magis nihil minus cogitavimus, quam quod publice omnes depactare, aut per vim alicui aliquid eripere, aut juberemus, aut vellemus. Verum quidem est, Nos hoc isto quoque anno octuagesimo quarto, Generoso Eustachio Konckio potestatem fecisse, exigeret nostro nomine contributionem ad Nogatum, sed non privatim id ei jussimus: scivit id senatus, assensi sunt equites, ad comitia ab universa per regnum nobilitate ablegati, comitiis id conclusum est. Nam ut a principio repetamus, anno septuagesimo octavo, quum, cæteris omnibus contributionem ad biennium sciscentibus, aliquot palatinatus non essent in eam adsensi, particulares conventus iis indixeramus, in quibus eo tandem deventum ab iis est, ut sese ad alios omnes aggregarent, et contributionem se daturos esse, missis ad Nos nuntiis Leopolim, significarunt: sub autumno id factum fuit, quo tempore nullæ jam merces, nulla navigia secunda Vistula Gedanum missa fuerant. Anno septuagesimo nono sequenti Generosus tum Christophorus Krasinski, nunc vero canonicus Cracoviensis, Nogatensis contributionis exactor, nihil exegit omnino, donec anno octuagesimo contributionem anni præteriti septuagesimi noni exegit, et octuagesimo primo anni octuagesimi. Scita fuit deinceps post expugnatum Polockum in annum unum, et hæc anno octuagesimo secundo pro octuagesimo primo fuit exacta. Deinde post Velikolukos captos, in biennium Ordines contribuere publice consenserunt, et fuit prioris anni contributio anno octuagesimo secundo exacta, et posterioris octuagesimo tertio, hoc est anno præterito. Ultimo, fuit primum in Minori Polonia, in nova civitate Korczin, deinde in Majori, in oppido Kolo, unanimi sententia instituta ad unum duntaxat annum, quam hoc anno, nostro mandato cœpit exigere Generosus Eustachius Konckius, præfatus exactor Nogatensis noster. Quæ quum ita sint, volumus et mandamus Sinceritatibus et Fidelitatibus Vestris, omnino id habere volentes, quandoquidem de hoc sexennio publice scitæ et laudatæ ipsius contributionis adhuc unus restat exigendus annus, ne quispiam, quisquis tandem ille sit, audeat propria temeritate præfatum Konckium in exigenda hac scita et laudata de sententia omnium Ordinum contributione impedire, aut illi hoc nomine per se aut alios aliquod facessere negotium; quin ut omnes fideliter et juste eam præfato exactori nostro et ipsi persolvant, et alios persolvere curent, pro gratia nostra et officiis suis Nobis debitis. In cujus rei fidem præsentes

subscriptas sigillo regni nostri consignari jussimus. Datum Vilnae, die 16 aprilis, anno 158
regni vero nostri octavo.

Stephanus Rex

VII.
List cara Fiedora Iwanowicza do króla Stefana.

VIII.
List posła do Moskwy Lwa Sapiehy do króla Stefana.

IX.
List króla Stefana do Lwa Sapiehy (1).

IX. (1) Trzy powyższe pisma, z których list cara Fiedora Iwanowicza do króla Stefana jest z dnia 12 kwietnia 1584 roku, są w dziełku: Pamiętniki Milerowe do panowania Stefana Batorego, Poznań, 1840, p. 157–165.

X.

Il cardinale Bolognetto, nunzio apostolico in Polonia; al cardinale di Como.

Annales Eccl. Theineri, t. III. p. 757.

Wczoraj rano wyjechał ztąd król na polowanie, a ztamtąd pojedzie do Grodna w końcu tego miesiąca. Rozeszła się tu wiadomość o śmierci wielkiego kniazia Moskiewskiego (1). Ma potwierdzać ją odebrane listy od posła Sapiehy, ale on nie dojechał jeszcze do Moskwy, bo go w drodze zatrzymano. Sprawdziłoby się co mi król niedawno powiedział, że wielki kniaź nie długo pożyje, i że zapewne nie doczeka końca rozejmu; bo żeby troski od siebie odpędzić, zaczął szukać w trunku pociechy i rozweselenia. Mówił mi król także, że na nim przerwie się porządek następstwa na tron, dlatego że po zabiciu starszego syna pozostał mu jeden tylko syn tak miałkiego rozumu, że niepodobna przypuścić aby Moskwa chciała go mieć za pana. Gdy mu nuncyusz dał do zrozumienia, że gdyby potwierdziła się ta wiadomość, nastręczyłaby się dogodna sposobność pobicia Moskwy, nie zdawało mu się, żeby ta myśl nie podobała się królowi, który rzekł mu na to, że z śmiercią tego wielkiego kniazia skończy się rozejm, że chociaż dawniej wielki kniaź wyprowadzał swój ród od cesarza Augusta, który nie zostawił żadnego potomstwa, przyznawał jednak po zawartym pokoju, że mamy wspólnego przodka, co mi ułatwi po nim następstwo, bo jest rzeczą niezawodną, że oba pochodzimy od Adama. Ale panowie Polscy wiedząc że się nie obejdzie bez nakładu na tę wojnę, nie myślą bynajmniej zaczepiać Moskwy; a gdyby była o tem propozycya na sejmie, odrzuciliby ją pod tym pozorem, że gdy Moskwa spokojnie się zachowała podczas pierwszego i drugiego bezkrólewia w Polsce, nie wypada Polakom niepokoić Moskwy, gdyby nastąpiło w niej bezkrólewie. Zresztą i to także przyczyniłoby się do utrzymania pokoju z Moskwą, że Polacy obawiają się teraz wojny z jednej strony ze Szwecyą, a z drugiej strony z Turcyą. Di Vilna 17 d'aprile 1584.

XI.

Król Stefan do Marcina Kromera, biskupa Warmińskiego.

Arch. Princ. Czartor. MS. 310 s. 32

Teka Naruszewicza 97. Ex arch. cap. Varm.

Reverende in Christo Pater, sincere Nobis dilecte. Jakośmy nie życzyli tego, y nie radzibyśmy byli widzieli, aby Nam y Rzeczypospolitey do iakiego z cesarzem Tureckim zawiedzenia y wzruszenia dawnego z nim pokoiu miało przychodzić, takośmy ze wszelką pilnością o to się starali, porozumiewaiąc się w tem z Uprzeymościami Waszemi przez listy nasze; iako Uprzeymość Wasza dobrze o tem wiesz y pomnisz, aby to co tworu niektórzy swawolni z ziemi naszey w państwach iego pobroili, y nieiaką tem do naruszenia z nim pokoiu przyczynę dali, mogło się zatrzeć y poyłacić. Jakoż za posłaniem przez Nas do niego dworzanina naszego, urodzonego Piotra Mostowskiego, który się iuż do Nas nazad wrócił, oto z łaski y za pomocą miłego Boga są te rzeczy wszystkie z nim y z uczciwem naszem y Rzeczypospolitey postanowione: Co z początku na traktaciech z posłem naszym chciano wielkiey nagrody szkód, chciano aby znowu Tehina od łotrostwa tego zburzona, nakładem y pracą naszą była zbudowana, a ci ludzie swawolni do Porty cesarza Tureckiego dla wzięcia zapłaty swey odesłani, y ciała uro-

(1) Iwan Wasilewicz Groźny umarł 28 marca tego roku.

cone, to nakoniec na tem stanęło, żeby iedne działa pobrane, były wrócone, a sprawiedliwość z swawolników tu w ziemi naszey uczyniona. Dla którey oboiey rzeczy wykonania, o to przy pośle naszym od cesarza Tureckiego czaus do Nas posłany, y będzie w tym niedługim czasie u Nas. Radzibyśmy to byli widzieli, abyśmy dosłuchania y odprawienia go iako naywięcey Uprzeymości Waszych, Panów Rad naszych, byli przy sobie mieć mogli, aby więc tem lepiey y z większem Rzeczypospolitey uczciwem te rzeczy y ta sprawa mogła się odprawować; ale iż musiało toby czasu wziąć nie mało, niżliby się Uprzeymości Wasze ziechali, a czausowi temu y Turkom samym iakoby się pochodne przydzionieyszem widziało, y rozmaicie toby przyimować mogli, kiedyby on tu był długo trzyman, a tak odprawimy go nie zatrzymaiąc. I iednak iż sprawiedliwość trzeba skuteczną uczynić z tych tam swawolników, y działa pobrane wrócić, gdyż y postanowiło się tak przez posła naszego z cesarzem Tureckim, y rozumieliby Turcy ludibrio se haberi, gdzieby nie postąpiło się w tem pilnie; przeto tymczasem niż nadiedzie czaus, y nim się u Nas odprawi, zdało się Nam włożyć to na Uprzeymości Wasze, y dosiądz zdania Uprzeymości Waszych, kogobyśmy tam dla tey sprawiedliwości posłać mieli, y komu ią zlecić uczynić. Czy hetmanowi Koronnemu z którym onych kraiów y ziem woiewodą, to iest albo Panem woiewodą Podolskim, albo inszym którym, czy też hetmanowi polnemu, przyłączywszy do niego z mnieyszych Rad, to iest kasztelanów iednego albo dwu, y starosty które, żeby oni tam oddawszy y wróciwszy temu czausowi działa, z których iednak snadź niektóre są od naszych poodeymowane, zaraz sprawiedliwość z tych, których się dostało albo będzie mogło dostać, swawolników, którzy są plebei, uczynili, y one iako wzruszaiące pokóy pospolity y Rzeczpospolitą zawodzące, na gardle karali, szlachtę osiadłą, którzyby się też przymieszali do tego, aby uczyniwszy około nich inkwizycyą y scrutinium, na sejm przyszły pozywać kazali (1). Daley aby się to nie działo na potem, y nie była na taki hak przywiedziona Rzeczpospolita, trzeba będzie opatrzyć y obwarować; ale to seymowi musi być zachowano. Teraz co iest przed rękoma, y co się ma zaraz odprawić około uczynienia tey sprawiedliwości, napominamy żebyś Nam Uprzeymość Wasza zdanie swe oznaymił y wypisał. Życzymy zatem Uprzeymość Wasze, być dobrze zdrowo. Dan w Błycu, dnia 20 kwietnia roku 1584, panowania naszego roku ósmego.

Czaus Mustafa pojechał do Grodna, gdzie w imieniu sułtana przeprosił króla za zabicie w Turcyi jego koniuszego Podłodowskiego z kupionemi końmi do Polski wracającego, przyprowadził królowi sprawców tego zabójstwa, dając mu moc ukarania ich śmiercią. Pamiętniki Milerowe, p. 140.

XI. (1) Do zagodzenia tej z Turkiem zatargi wyznaczeni od króla, Mikołaj Mielecki wojewoda Podolski i Jan Zamoyski hetman i kanclerz koronny, zjechawszy się z czausem Tureckim we Lwowie, wszystkie trudności uprzątnęli. Z onych swawolników, którzy z Samuelem Zborowskim w państwo Tureckie wpadli, i Tehin czyli Bender złupili i spalili, trzydziestu ludzi z pospolitego gminu w przytomności czausa na gardle ukarano. Szlachta, co się była także do Kozaków przymieszała, kryjąc się po kątach, życie uratowała, i nikt ją o wzruszenie z Turkiem pokoju na sejm nie pozwał. Śmierć Samuela Zborowskiego, który wprzód już nie za wtargnienie w kraj Turecki, ale za zamach na życie króla był ścięty, przyczyniła się także do ułagodzenia Turków, którzy mniemali że go stracono za zgwałcenie z nimi przymierza. Potem

XII.

Expostulatio Statuum Terrarum Prussiae contra mandatum regium de exigendo teloneo aquatico ad Montem Album, in conventu Marieburgensi facta.

Teka Naruszewicza 97. Ex Hist. Prussiae Lengnichi, t. III, 69.

Serenissime, potentissimeque Rex et Domine, Domine clementissime:

Serenissimae Majestati Vestrae Regiae paratissima nostra fidei et subjectionis studia deferimus, eidemque fausta ac felicia omnia ex animo precamur.

Serenissime Rex, clementissime Domine. Obtulit nobis in hoc conventu congregatis Serenissimae Majestatis Vestrae Regiae universales literas nobilis Albertus Zaracki, servitor Majestatis Vestrae, quibus Majestas Vestra vult et mandat, quum unus, ejus quidem clementissimo judicio, adhuc restet exigendae contributionis aquaticae ad Nogatum annus, ut eam nobili Eustachio Koncki, exactori, cui Majestas Vestra id negotii dederit, fideliter et juste persolvamus. Nobis, Serenissime Rex, hactenus nihil fuit prius aut antiquius, quam ut fidem et subjectionem nostram in numeranda contributione isthac, quamvis contra privilegia et libertates nostras instituta, humillime probaremus, idque ab ipso initio, quo in publicis regni comitiis laudata, et in his quoque Terris, pro more et instituto veteri, missis ad nos seorsim internuntiis, scita et instituta fuisset. Qua quidem in re, reliquorum per regnum fidem non exaequavimus tantum, sed nostro etiam judicio superavimus, quum a nobis per integrum illud temporis spatium, quo contributio primum instituta fuit, usque ad ultimum praeteriti mensis martii punctum, ex his Terris, quae tres saltem complectuntur palatinatus, plus fortassis numeratum fuerit, vel a reliquis sex, vel novem etiam, tam exactis exquisitisque rationibus, ut ne obolus quidem cuiquam incolarum remissus videatur, quum non tantum ad magistratus harum Terrarum, sed ad ipsa etiam Serenissimae Majestatis Vestrae Regiae tribunalia pertracti, et ad minutissima quaeque persolvenda adacti fuerint, et licet quidam adhuc esse possint, qui vel propter rei familiaris inopiam, vel alia aliqua de causa, officio suo ea in parte functi non fuerint, ab illis etiam, quod reliquum est, suo tempore, suo legitimoque modo, id quod debent, exigi poterit, ita ut nullam videamus causam, cur contributio isthaec denuo in unum adhuc annum contra privilegia et libertates nostras, contra commune denique laudum, institui debeat. Quare etiam nobis pro fide nostra, qua patriae et communibus libertatibus obstricti sumus, universales illas literas, quod quidem servitor iste Majestatis Vestrae Regiae postulavit, publice proponere nullatenus fuit integrum, quod praeter supradictas etiam causas existimaremus, literas illas ad malam narrationem impetratas et elicitas fuisse. Nulla enim ratione nobis persuaderi passi sumus, Majestatem Vestram Regiam, principem aequitatis amantissimum, quae, quod ipsae literae satis superque declarant, ne voluntatem quidem habuerit in bona cujusquam privati involandi, contra privilegia et libertates nostras, contra commune denique laudum admissuram esse, ut fideles Majestatis Vestrae Regiae subditi, duplici onere premantur, et iis denuo exequentur, qui fortassis officio suo nondum functi sunt, et quod debent, hactenus solvere detrectarunt, praeterquam quod optime meminerimus, Serenissimam Majestatem Vestram Regiam verbo suo regio clementer promisisse, se, finito et laudi communis et belli adversus Moschorum principem tum instituti tempore, poborarum istarum

exactione non amplius usuram, neque a subditis suis quidquam ejuscemodi exacturam esse, quod tam firmum et ratum cum cæteris regni Ordinibus habemus, quam sacrum quoddam oraculum, quare etiam necesse erit, ei inhærere, neque facto aliquo nostro ab iis promissis alieno, reliquis Ordinibus præjudicium aliquod creare. Hisque de causis, quantis possumus, maximis precibus rogamus, ne Majestas Vestra Regia, hoc factum nostrum in sinistram aliquam partem accipere, quin nobis potius hoc condonare clementissime dignetur, quod privilegiorum et libertatum patriarum, laudi denique communis et officii etiam nostri, quo fideliter in exsolvendis poboris istis functi sumus, eam rationem habeamus, quam communis harum Terrarum necessitas exigit, penes quæ, si nos Sacra Majestas Vestra Regia, quemadmodum omnino confidimus clementissime conservaverit, faciet rem ipsa æquitate dignissimam et nobis vicissim perpetuis obsequendi studiis, summa cum fide et obedientia, nullo non tempore promerendam. Tandem Majestatem Vestram Regiam Deo immortali diutissime superstitem, bona valetudine perfruentem, omnique regia fortuna florentissimam, et nos ejus gratiæ atque clementiæ votis omnibus humillime commendamus. Datum Mariæburgi in conventu generali, die 12 maii, anno 1584.

XIII.

Responsum regium ad superiorem expostulationem.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, etc.

Reverende, Magnifice, Generosi, Spectabiles et Famati, sincere et fideles Nobis dilecti. Magno Sinceritates et Fidelitates Vestræ versantur in errore, graviterque sententia labuntur, quod ita existimant contributionis illius ad Nogatum, communi omnium Ordinum consensu institutæ, tempus plane jam abiisse, eamque exactam esse, atque Nos quidpiam præter jus commune, libertates Sinceritatum et Fidelitatum Vestrarum, ac laudum publicum, privata auctoritate facere: imo vero ipsæmet Sinceritates et Fidelitates Vestræ prorsus et jus libertatesque suas perturbant, et scita publica plone violant, quod, ne eam contributionem, laudatam voluntate omnium Ordinum, dependant, tantopere tumultuantur. Fit autem id a Sinceritatibus et Fidelitatibus Vestris quum contra dignitatem nostram, tum in magnum Reipublicæ detrimentum, quæ eam contributionem idcirco laudavit et scivit, ut ex ea militibus debita stipendia exsolverentur, quibus etiamnum non exsolutis, in eum usum coacta ex eo vectigali pecunia erogari debebat. Itaque certo sibi Sinceritates et Fidelitates Vestræ persuadeant, qui publice istius damni auctores fuerint, ab iis Rempublicam lege determinata sua repetituram, ac ex eorum bonis id, quod ipsi illorum temeritate decedat, compensaturam.(1) Maxime autem miramur, Sinceritates et Fidelitates Vestras, etiam quæ de senatorio sunt ordine, ea agere atque promovere, quæ contra nostram et Reipublicæ dignitatem maxime faciunt, quum eam una Nobiscum pro officiis senatoriis Sinceritates et Fidelitates Vestræ potissimum studiose tueri debeant. Poterat judicium de ea contributione Sinceritates et Fidelitates Vestras fallere, rationes ab iis conscriptæ, qui ab ipso illius sancito initio usque huc diligenter confecerunt, fallere nullo modo possunt, quibus subductis et supputatis, si constitisset, eam contributionem plene jam esse exactam, nunquam Nos eam a Sinceritatibus et Fidelitatibus Vestris exigi et postulari mandavissemus. Bene valeant. Datum Grodnæ, die 23 maii, anno Domini 1584, regni vero nostri nono.

Stephanus Rex.

XIII. (1) Jestto przytyk do Jana Zborowskiego, kasztelana Gnieznieńskiego, starosty Grudziądzkiego, który w nieobecności głównego poborcy, Kąckiego, strażników celnych z Białej Góry rozpędził.

XIV.

Il cardinale Bolognetto al cardinale di Como.

Annales Eccl. Theineri, t. III.

Potwierdziła się wiadomość o śmierci wielkiego kniazia Moskiewskiego. Wszyscy tu przewidują zamieszki w Moskwie, i nikt nie mniema żeby naród poddał się pod panowanie jego syna, który ma być do tego stopnia obłąkany, że gdy się na publicznem miejscu znajduje, a usłyszy dzwonienie, zaraz tańcować zaczyna, z czem popisywał się już nieraz, a mianowicie na pogrzebie brata. Grodna 14 maggio 1584.

Drobniejszym drukiem

XV.

Petitio mandatarii S. Regiæ Majestatis in causa successionis post Sophiam olim ducissam Brunsvicensem, inter Regiam Majestatem et Julium ducem Brunsvicensem, vertente.

91. 441.

Teka Naruszewicza 97. Ex mss. bibl. Załuski 253. (1)

Coram Illustrissimis principibus et Dominis, Dominis Sacri Romani Imperii electoribus Saxoniæ et Brandeburgensis, tanquam Cæsareæ Majestatis in causa Serenissimi Regis Poloniæ cum Illustri Domino Julio, duce Brunsvicensi et Luneburgensi, specialiter datis et deputatis, sive coram ipsarum Celsitudinum, vigore ejusdem commissionis, subdelegatis commissariis, Francofordiam ad Oderam jurisdictionem commissarialem obeuntibus: legatus et mandatarius co nomine Serenissimi principis et Domini, Domini Stephani Dei gratia regis Poloniæ, et magni ducis Lithuaniæ, inhærendo decreto Dominorum commissariorum in causa successionis, post Illustrem Dominam Sophiam, ducissam Brunsvicensem, die vigesima octava novembris, anno proxime præterito Magdeburgi facto, dicit et allegat, et libellando producit, modo et forma simplici, ex æquo et bono, se et principalem suum non adstringendo ad juris aliquas solemnitates, in causis principum minus observari solitas, salva etiam Serenissimi regis sui dignitate et superioritate, conditionem rei conventi ad justitiam consequendam hic sequentis, reservando nihilominus sibi omnia juris beneficia, pro assecutione justitiæ necessaria, et alia, quæ sibi ad causam præsentem opportuna videbuntur, et si quid in solemnitatibus juris omissum, aut peccatum fuerit, id damno et fraudi causæ Serenissimi regis sui fieri non vult, de quibus omnibus protestatur.

1. Inprimis dicit et allegat, et probare omnia, si opus est, intendit, Illustrem Dominam Sophiam natam Poloniæ, ducissam Brunsvicensem, fuisse uxorem legitimam Illustris quondam Domini Henrici, ducis Brunsvicensis et Luneburgensis, datam eidem in matrimonium per Serenissimum Sigismundum Augustum, regem Poloniæ, præcedentibus pactis matrimonialibus utrinque mutuo assensu et fide roboratis, ac pœnis de observandis in ea contentis vallatis.

(1) Jest także ten dokument u Dogiela, Codex diplomaticus, t. I, pod tytułem: Status causæ per legatum ac mandatarium regis Poloniæ coram electoribus Saxoniæ et Brandeburgensi, a Cæsarea Majestate deputatis commissariis exhibitus, Francofordiæ ad Oderam, ale z mylną datą 1585 roku.

2. Item. Quod cum præfata Illustri Domina Sophia, nata Poloniæ, ducissa Brunsvicense, sorore sua charissima, idem Serenissimus rex Poloniæ, Sigismundus Augustus, dedit dotem eidem Illustri Domino Henrico, duci Brunsvicensi, triginta duo millia ducatorum Ungaricorum in auro puro, quam præfatus dux accepit, et in effectu levavit.

3. Item. Quod ultra suprememoratam dotem data est eidem ducissæ nomine parapherna tanta supellex in auro, argento facto, gemmis, clenodiis, aulæis, tapetis, vestibus, ornamentis, et alia regia supellectili, taxando leviter valoris centum quinquaginta millium talerorum, quæ omnia secum asportavit, et in ducatum Brunsvicensem ad maritum suum intulit.

4. Item. Quod ultra hæc omnia eidem ducissæ per eundem Serenissimum regem Poloniæ dotalis muneris nomine data sunt quinquaginta millia ducatorum Neapolitanorum, quæ reducta ad taleros communes, faciunt quadraginta duo millia talerorum.

5. Item. Quod [idem] Serenissimus rex legatum Transylvanicum misit eidem sorori suæ valoris viginti millium talerorum.

6. Item. Quod de omnibus ad præfatum matrimonium spectantibus, de statu et conditionibus viventium, et morientium conjugum, contractus et pacta intercesserunt inter Serenissimum Sigismundum Augustum, regem Poloniæ, suo sororisque nominibus, et Illustrem Dominum Henricum, ducem Brunsvicensem, quorum pactorum observatio, utrinque mutuo consensu, fide ac honore firmata est, et poenis introcontentis vallata, per successores etiam tenenda et servanda.

7. Item. Quod vigore pactorum matrimonialium Illustris Dominus dux Henricus maritus reformationem fecit dotis et contradotis uxori suæ Sophiæ, ducissæ Brunsvicensi, in bonis ducalibus et arcibus, Jerxen et Schoningen, alias prout in pactis continetur.

8. Item. Quod ultra reformationem dotis et contradotis, donavit eidem uxori suæ decem millia ducatorum doni nuptialis pro libito suo disponenda, et in defectu dispositionis, post ejus mortem ad Sigismundum Augustum regem, et successores ejus, reges Poloniæ, devolvenda.

9. Item. Quod eidem uxori suæ idem dux Henricus post suam mortem donavit tertiam partem vestium et clenodiorum omnium.

10. Item. Quod præfata omnia, quæ Illustris Domina Sophia, ducissa Brunsvicensis, intulit ad maritum, quæ vel a quoquam donata accepit, vel ipsa sua industria acquisivit, quantacunque et qualiacunque ea fuerint, si sterilis et intestata, quod utique factum est, decessisset, omnia ista ad Serenissimum Sigismundum Augustum, vel ejus successores, reges Poloniæ, juxta pacta redire ac restitui debuerunt.

11. Item. Quod omnium bonorum post sterilem et intestatam Illustrem Dominam Sophiam, ducissam Brunsvicensem, derelictorum sit solus, et nemo alius juxta pacta verus, unicus et legitimus successor Serenissimus rex Poloniæ.

12. Item. Quod stantibus istis pactis, et per omnia tempora vitæ conjugum servatis, mortua est Illustris Domina Sophia, ducissa Brunsvicensis, et sic post ejus mortem nihil horum fecit, quæ secundum pacta facere debuit, et ita pactis derogavit Illus-

tris Dominus Julius, dux Brunsvicensis, tanquam legitimus successor a patre suo ad servanda pacta obligatus.

13. Item. Quod ea specifice declarantur et explicantur, quæ contra pacta Illustris Dominus Julius, dux Brunsvicensis, fecit: nam dotem prius specificatam, triginta [duo] millium aureorum, non restituit, quinquaginta millia ducatorum Neapolitanorum, decem millia in auro doni nuptialis, parapher num, et supellectilem superius nominatam et taxatam, legatum Transylvanicum, tertiam partem clenodiorum et vestium mariti sui, [summam] triginta millia talerorum apud civitatem Lipsiensem [collocatam], viginti millia apud Magdeburgensem, viginti item millia apud cameram marchionatus Brandeburgensis, viginti millia talerorum post mortem ejus in parata pecunia relictorum. Hæc specificata et alia adhuc etiam specificanda, non restituit Illustris Dominus Julius Serenissimo regi Poloniæ, quæ tamen restituere debuit juxta pacta, et Posnaniæ procuratoribus Majestatis Regiæ repræsentare, et bona fide secundum vera et justa inventaria assignare intra octo menses.

14. Item. Quod ultra hæc, quæ specificata sunt, nec tamen restituta, Illustris Dominus Julius dux hypothecata etiam bona in dote et aliis, videlicet arces Jerxen et Schoningen, una cum civitate et aliis attinentibus statim post mortem [ducissæ Sophiæ] occupavit, non persolutis, quæ supra memorata sunt, quum tamen præfatæ arces et civitas in possessione pacifica Serenissimi regis Poloniæ esse debuerunt, donec fuissent persoluta superius nominata debita. Et isto casu possessio bonorum præfatorum tradi debet Serenissimo regi Poloniæ, quum spoliatus ante omnia in possessionem restituendus sit, quam etiam arcium et hypothecatorum bonorum possessionem paratus est vigore pactorum Serenissimus rex accipere, non obstinantibus quibusvis, illicitis, et pactis contrariis obstaculis, de quo protestatur. Et nihilominus, repetuntur annui proventus ex hypothecatis bonis per novem annos occupatis illegitime recepti, singulis annis ducati quatuor millia ducenti sexaginta sex, faciunt per novem annos citra vel ultra quadraginta millia talerorum.

15. Item. Repetitur interesse acceptum per novem annos a civitatibus Lipsiensi, Magdeburgensi et camera Brandeburgensi, a septuaginta millibus talerorum per Illustrem Dominam Sophiam eisdem civitatibus mutuo datorum, una cum principalibus summis, et chirographis civitatum super easdem summas datis, quorum est illegitimus occupator Illustris Dominus Julius, dux Brunsvicensis.

16. Item. Quod pacta matrimonialia inter Serenissimum olim principem Sigismundum Augustum, regem Poloniæ, et Illustrem Dominum Henricum, ducem Brunsvicensem, successoresque ipsius, servari integre debuerunt, omniaque in eis contenta impleri bona fide, sine ulla exceptione, tergiversatione, defensionibusque, et subsidiis juris canonici et civilis, et cujusvis dispensationis, absolutionis, libertatis et privilegii, sub verbo et honore ducali, et sub poena centum millium Hungaricalium aureorum. Et ideo si quas forte exceptiones, aut juris remedia et præsidia contra hæc pacta Illustris Dominus Julius, dux Brunsvicensis, inferat, aut inferre præsumat, quod ista omnia, salva pactorum integritate, sunt, et esse debent vacua, irrita, inania, eo quod omnibus juris beneficiis et prærogativis ipse se abjudicarit, iisque renuntiarit, ita quod frustra et contra se hæc omnia dicturus, facturusve sit, si quid modo dicere, aut facere velit.

17. Item. Quod Serenissimo regi Poloniæ ad solvendas poenas, in pactis descriptas, censeri debet obligatus, et quod ista pana Serenissimi regis nomine juste repetatur. Ex quo enim multoties, et legitime, per legationes, per literas, postulationes, compositiones, exhortationes, et juris strepitum, de restituendis superius nominatis rebus est postulatus, monitus et requisitus, nihil tamen fecit, aut restituit, quod tamen absque ulla exceptione sponte etiam sua, juxta pacta facere debuit (1). Tunc ad quinquies centena millia ducatorum aureorum, Serenissimo regi Poloniæ persolvenda, censetur esse obligatus, jure et merito, justa Illustrissimorum Dominorum Cæsareæ Majestatis commissariorum, aut ipsarum celsitudinum subdelegatorum sententia mediante. Qua sententia super his omnibus supra nominatis decernendis, solvendis, restituendis solenniter postulatur.

18. Et hæc proponendo, libellando, producendo in causa præsenti, et superius nominata, dicit, allegat, et in forma libelli producit Serenissimi regis Poloniæ legatus et mandatarius. Quam quidem allegationem, propositionem, libellationem, postulat admitti, et recipi, alias juxta juris formam simpliciter etiam, et de plano, ad superflua non se adstringendo, salvo etiam jure addendi et minuendi, declarandi [cæterisque juris beneficiis], de quibus protestatur. Datum Francofordiæ ad Oderam, die 16 mensis maii, anno Domini 1584.

Laurentius Goslicki de magna Goslice,
Serenissimi Poloniæ regis legatus et mandatarius.

XVI.

Judices hujus causæ jubent mandatarium regium producere libellum actionis sive postulationis regiæ coram doctoribus et professoribus academiæ Francofordianæ.

91. 16 Ex mss. bibl. Zaluski, 253.

In causa Serenissimi regis Poloniæ Magni ducis Lithuaniæ, et Illustrissimi principis ac Domini, Domini Julii, ducis Brunsvicensium et Luneburgensium, quantum ad processum juris, decretum est, ut orator regius libellum actionis, sive postulationis regiæ instituendæ coram Dominis doctoribus et professoribus facultatis juridicæ in academia hac nunc procuaret, cujus exemplum traditum est consiliariis Brunsvicensibus. Contra hunc Illustris dux Julius intra binos menses proximos, et ita ad calendas augusti, juxta annum Julianum, omnes et singulas exceptiones, dilatorias et peremptorias, cum annexalitatis contestatione, et aliis in jure competentibus mutuis actionibus, remediis et defensionibus, suppliciter produci curabit. Ad has Serenissimus rex intra eundem terminum replicas, et dux Julius eodem [tempore] duplicas suas coram

---

W. F. (1) Intercyza czyli umowa przedślubna, do której się obrońcy króla w tej sprawie ciągle odwołują, i podług której elektorowie Saski i Brandeburski tę sprawę osądzić byli powinni, pod tytułem: Tractatus matrimonialis inter Sigismundum Augustum, regem Poloniæ, nomine tutorio Sophiæ sororis suæ, et inter mandatarios et oratores Henrici junioris, ducis Brunsvicensis, habitus et conclusus. Vilnæ 30 novembris 1555, tudzież inne dokumenta do tego aktu ślubnego należące, są u Dogiela, t. I, p. 477 i następne.

iisdem Dominis doctoribus et facultatis juridicæ professoribus producent, suppliciter semper descriptas, ut unum exemplum in judicio asservetur, alterum vel Serenissimus rex, vel Illustris dux Julius per deputatos ad hoc procuratores ad se recipiant. Concludent autem hinc inde in causa Serenissimus rex in replicis, Illustris dux Julius in duplicis, nisi pro causæ difficultate et magnitudine aliud Dominis electoribus videatur, neque ab utraque parte concludendo aliquid novi inseretur, aut aliud in judicibus in sententiando non attendatur.

Hoc modo ubi in causa conclusum fuerit, Illustrissimi electores, requisito sapientum consilio, sententiam, citata ad certum diem utraque parte, Francofurtum publicabunt. Quo facto, integrum erit uni aut alteri parti, quæ se sententia illa gravatam esse putaverit, reiterationem interponere, et gravamina sua, atque causas, cur aliter judicandum fuerit, deducere: ad quæ audita parte altera, et jus obtentum tuente, ita ut hic etiam intra binos menses hinc inde producta exhibeantur, quid deinceps in ista reiterationis instantia a Dominis electoribus, Cæsareis commissariis, definitive judicatum fuerit, ab una et altera parte, citra omnem contradictionem, remota appellatione, aliisque ulterioribus juris remediis, adimplebitur, eique sententiæ partes firmiter stabunt.

Quod si in processu causæ uni vel alteri parti aliqua probatione, vel per instrumenta, vel per testes opus fuerit, liberum erit cuique probationes suas producere, et testes quidem super articulis probatoriis, atque interrogatoriis, secundum juris ordinem et præscriptum commissionis Cæsareæ, diligenter examinabuntur. Si et in Polonia aliquorum attestationes requirentur, illi ut testimonium ferant, et ut legitima juris via citentur et examinentur, impensis tamen partis requirentis, Serenissimus rex non prohibebit; idem sit, si in Germania, aut sub aliorum jurisdictione testes recipiendi fuerint. Signatum Francfordiæ ad Oderam, die 16 maii, anno Domini 1584.

XVII.

wzywa go na naradę do Lublina

Król Stefan do Marcina Kromera, biskupa Warmińskiego.

Arch. Xiąż. Czartor. Mss 310 d. 37 91, 19 Teka Naruszewicza 97. Ex arch. cap. Varm.

Reverende in Christo Pater, sincere Nobis dilecte. Iż temi czasy przypadły nagłe, pilne a ważne Rzeczypospolitey sprawy, o których iako z inszemi Pany radami, tak y z Uprzeymością Waszą, statecznie y wedle potrzeby przez listy porozumieć się nie możemy, dla tego abyśmy obecnie stu tecznie się naradzili, ponieważ sprawy takie przypadły, które zwłoki żadney nie cierpią, ani do seymu odłożyć się ich godzi, podług dawnego przodków naszych y Rzeczypospolitey tey zwyczaiu, konwokacya na Pany Rady złożyć zdała się Nam rzecz potrzebna. Takoż złożyliśmy na dzień 20 miesiąca augusta w Lublinie, na którą iako inszych wszystkich Panów Rad, tak y Uprzeymość Waszę wzywamy y napominamy, abyś na dzień umówiony y na mieysce wczas przybył, Nam y Rzeczypospolitey zdrowey rady użyczył w tych rzeczach, w których Uprzeymości Waszey rady żądać będziemy, y które tam przełożone będą. Uczynisz to Uprzeymość Wasza z powinności swey senatorskiey dla łaski naszey. W Grodnie, dnia 24 maia, roku 1584, panowania naszego roku dziewiątego.

Stephanus Rex.

Iż też czas według konstytucyi seymowi tuż zatym rychło nadchodzi, przeto lamże zaraz o propozycyi nań, także mieyscu y czasie porozumieć się z Uprzeymością Waszą chcemy, i iego sentencyi rekwirować, iakoż y rekwiruiemy.

XVIII.

17 Pieśń o uwięzionym Samuelu Zborowskim.

XIX.

Odpowiedź Jana Zamojskiego na prośbę rycerstwa województwa Krakowskiego za Samuelem Zborowskim.

XX.

Rozmowa w więzieniu Samuela Zborowskiego z Janem Zamojskim i sługami jego, tudzież śmierć Zborowskiego.

XXI.

Śmierć Samuela Zborowskiego opisana przez jego krewnych.

XXII.

18 List Andrzeja Zborowskiego, marszałka nadwornego, do sędziów trybunału Lubelskiego.

XXIII.

List Jana Zamojskiego do sędziów trybunału Lubelskiego.

XXIV.

List Andrzeja Zborowskiego, marszałka nadwornego, do króla Stefana.

Teka Naruszewicza 97. Ex mss. Ossolinscianis (1).

XXV.

Rex Stephanus Martino Skrzetuski.

Ex mss. bibl. Zaluski, 253.

Nobilis fidelis dilecte. Opus habemus opera Fidelitatis Tuæ in negotiis nostris, quæ sunt Nobis in Germania expedienda, de quibus narravit Fidelitati Tuæ Venerabilis Laurentius Goslicki, secretarius noster, cui nunc etiam mandavimus, ut modum et rationem in his expediendis Fidelitati Tuæ præscribat. Ab eo hæc omnia cognoscet, et voluntati nostræ se accommodabit, et ita se geret, ut præsens obsequium gratum Nobis esse possit, et Fidelitas Tua hoc ipsum ita esse aliquando experiatur. Datum Grodnæ, die 27 junii, anno Domini 1584, regni nostri nono.

XXVI.

Sprawa o kradzież garderoby króla Stefana Batorego w Niepołomicach, tocząca się w magistracie miasta Kazimierza przy Krakowie roku 1584 ~~(2)~~ (1).

XXIV (1) Wszystkie te pisma są w zbiorze Żegoty Pauli: Pamiętniki do życia i sprawy Samuela i Krzysztofa Zborowskich, Lwów 1846. Z nich trzy następne po łacinie z niektóremi odmianami: Responsum Illustris Domini regni cancellarii et exercituum generalis, Cracoviensisque, etc. capitanei quo ad petitionem nonnullorum, partim nobilium e provincia Cracoviensi, partim propinquorum Samuelis Zborovii sibi factam respondet; — Narratio vera de crudelissimo Samuelis Zborovii interitu, scripta in arce Cracoviensi; — Litera Illustris Domini cancellarii post sumptum de Zborovio supplicium, scripta ad judices tribunalis Lublinensis, znajdują się w archiwum państwa Angielskiego: State-Paper-Office in London. Polish correspondence.

XXVI (1) Jest w dziele: Skarbniczka naszej Archeologii Ambrożego Grabowskiego.

Drugie pismo: Respons dany od JMości Pana kanclerza i hetmana wielkiego Kor[...]
starosty Krakowskiego, etc. etc. na prosby za Panem [...] Samuelem Zborowskim [...]
których JMości z Rycerstwa ziemi Krakowskiej, także od niektórych powinny[...]
na Samuelowych uczynione, ogłosił z rękopisu biblioteki Kórnickiej Tytus
Działyński w dziele: Collectanea vitam resque gestas Joannis Zamoyscii, m[...]
cancellarii et summi ducis Reipublica Polonæ, illustrantia. Posnaniæ, 186[...]
p. 267–276. Z rękopismów tejże biblioteki wydał L. S. Pamiętniki o Samuelu Zborowskim, [...]
XXVI (1) Jest w dziele: Skarbniczka naszej Archeologii Ambrożego Grabowskiego
(1844, wiele ciekawych szczegółów o życiu i śmierci tego człowieka zawierające.

XVIII.

17 Pieśń o uwięzionym Samuelu Zborowskim.

XIX.

Odpowiedź Jana Zamojskiego na prośbę rycerstwa woje wództwa Krakowskiego za Samuelem Zborowskim.

XX.

Rozmowa w więzieniu Samuela Zborowskiego z Janem Zamojskim i slugami jego, tudzież śmierć Zborowskiego.

XXI.

Śmierć Samuela Zborowskiego opisana przez jego krewnych.

XXII.

18 List Andrzeja Zborowskiego, marszałka nadwornego, do sę dziów trybunału Lubelskiego.

XXIII.

...iego.

Drugie pismo: Respons dany od JMości Pana kanclerza i hetmana wielkiego Koronnego, starosty Krakowskiego, etc. etc. na prośby za Panem ~~JM~~ Samuelem Zborowskim, których JMości z Rycerstwa ziemi Krakowskiej, także od niektórych powinnych na Samuelowych uczynione, ogłosił z rękopisu biblioteki Kórnickiej Tytus Działyński w dziele: Collectanea vitam resque gestas Joannis Zamoyscii, m cancellarii et summi ducis Reipublicæ Polonæ, illustrantia. Posnaniæ, 1861 p. 267–276. Z rękopismów tejże biblioteki wydał L. S. Pamiętniki o Samuelu Zborowskim, T... lo

XXVI (1) Jest w dziele: Skarbniczka naszej Archeologii Ambrożego Grabowskiego, ...ma 1844, wiele ciekawych szczegółów o życiu i śmierci tego człowieka zawierające.

Pau rentius Gaslicki, secretarius noster, cui nunc etiam mandavimus, ut modum et rationem in his expediencis fidelitati Suæ prascribat. Ab eo hæc omnia cognoscet, et voluntati nostræ se accommodabit, et ita se geret, ut præsens obsequium gratum Nobis esse possit, et fidelitas Sua hoc ipsum ita esse aliquando experiatur. Datum Grodnæ, die 27 junii, anno Domini 1584, regni nostri nono.

XXVI.

Sprawa o kradzież garderoby króla Stefana Batorego w Niepołomicach, tocząca się w magistracie miasta Kazimierza przy Krakowie roku 1584 ~~(2)~~ (1).

XXIV (1) Wszystkie te pisma są w zbiorze Żegoty Pauli: Pamiętniki do życia i sprawy Samuela i Krzysztofa Zborowskich, Lwów 1846. Z nich trzy następne po łacinie z niektóremi odmianami: Responsum Illustris Domini regni cancellarii et exercituum generalis, Cracoviensisque, etc. capitan quo ad petitionem nonnullorum, partim nobilium e provincia Cracoviensi, partim propinquorum Samuelis Zborovii sibi factam respondet; — Narratio vera de crudelissimo Samuelis Zborovii interitu, scripta in arce Cracoviensi; — Litera Illustris Domini cancellarii post sumptum de Zborovio supplicium, scripta ad judices tribunalis Lublinensis, znajdują się w archiwum państwa Angielskiego: State-Paper-Office in London. Polish correspond...

XX (2) Jest w dziele: Skarbniczka naszej Archeologii Ambrożego Grabowskiego

XIX

XXVII.

Prawdziwa historya iako Imci Pana Samuela Zborowskiego poymano, subjunctæ sunt causæ, czemu go zamordowano.

XXVIII.

Progres w sprawie Imci Pana Samuela Zborowskiego, który czynili panowie krewni y powinni w Krakowie przez dziesięć dni, od dnia którego był przywiezion sromotnie, aż do ostatniey godziny haniebnego zamordowania iego.

XXIX.

Mowa Imci Pana marszałka Zborowskiego przed Floriańską bramą przy ciele zacney pamięci Imci Pana Samuela Zborowskiego brata swego do orszaku szlacheckiego y do wszystkich ich, miana maia dnia 30 po godzinie pierwszey anno 1584 (1).

XIX. (1) Te trzy pisma są drukowane z rękopismów biblioteki Kórnickiej w dziele: Pamiętniki o Samuelu Zborowskim przez L. S. Poznań, 1844.

XXX.

Arthur de Champernon a Monseigneur le baron Sir Francis de Walsingham, premier sécrétaire de la Majesté d'Angleterre.

State-Paper-Office in London: sectio Austria.

Monseigneur.

Laissant Venise le 17 de may, nous allasmes par Trente a Isbrug, où nous nous embarquasmes pour tirer à Vienne, traversant de là la Moravie, et la Pologne à Cracovie, où quelques jours avant nostre arrivée le chancelier envoyé par commission du roy, feist décapiter le Seigneur Samuel Zborowski de l'une des plus principales familles de Pologne. L'occasion se dit fort diversement, les uns disant que ce fut pour quelque conspiration descouverte qu'il pratiqua contre la Majesté du roy, les autres veulent qu'il ayt faict faire pour satisfaire au Turc, à raison que durant son exil, qui a esté depuis que le roy Henry partit de Pologne, il a souventefois pillé et couru son païs et tué de ses gens. Mais quoy que ce soit, on l'a faict mourir au très grand regret et malcontentement tant du peuple que de la noblesse. Son frère, marechal de la cour de Pologne, en levant le corps mort et en sortant des portes de Cracovie, harangua le peuple et la noblesse, les incitant à pitié et compassion, se plaignant du tort qu'on luy avoit faict, et sur ce implora leur aide pour s'en resentir, ce que la noblesse et le peuple là présent luy accorda par leurs cris et haussemens de mains, de manière qu'il a faict embausmer et conserver le corps du defunct pour le présenter devant la noblesse à la convocation générale des Estats, qui sera en septembre prochain: tellement qu'on présuppose, et tient-on pour ~~certain~~ assuré que la noblesse se mettra là en devoir a restreindre la trop grande auctorité que le roy s'attribue en despeschant les affaires d'importance sans les appeler au conseil, et aussy en faisant plusieurs autres choses tant contre leurs priviléges, que contre son serment, voulant estre, comme luy mesme a dict, roy en effect et non de nom. Il se tenoit lors que j'estois à Cracovie, à Vilne en Lithuanie, et la royne s'en estoit allée pour finir ses jours, comme l'on pensoit, à Varsovie, capitale de la province de Masovie, qui luy a esté concédée pour sa provision de vivre.

Je trouvai un Angloys avec sa famille à Cracovie, qui se nomme Monsieur Dee, qui, comme l'on dit, a suivy le Laski, quittant son estat certain pour une espérance incertaine, et l'on crainct qu'il s'en repentira à loisir.

L'on y parloit de la mort du Moscovite, et qu'en Moscou mesme il y avoit eu une très grande batterie entre la noblesse, qui ne vouloit rendre obéissance aux quatre sages, comme ils les appellent, que le roy avoit instituez par son testament à gouverner le regne, luy mesme ayant faict perdre l'entendement à son second fils quelque temps auparavant pour meilleure asseurance qu'il n'empeschast le gouvernement de son aisné, qui du depuis venant à mourir, l'on n'a pas voulu recevoir l'autre estant insensé. Et maintenant la noblesse et le peuple refusant ~~touts~~ autres gouverneurs demandent en général un grand duc, ayant à ceste fin delegué ambassadeurs vers le roy de Pologne, lequel ils veulent pour leur grand duc, comme j'ay entendu depuis nostre arrivée en ceste ville du sécretaire du duc d'Urbin, qui est venu vers la Majesté Impériale pour impetrer

de l'empereur le titre de sérénissime et d'Altesse à son maistre, lequel nous a asseuré l'avoir entendu du nonce du pape et de l'ambassadeur de Venise, qui ont eu telles nouvelles depuis huit jours de la cour du roy de Pologne, bien que déjà douze jours sont que nous partismes de Cracovie, et alors l'on ne parloit d'aucun ambassadeur des Moscovites(1).

L'empereur depuis quelque temps n'a pas sorty en public à raison de sa maladie. Mais maintenant il commence à s'ebattre à la chasse, auquel nous avons faict la révérence aujourduy par les moyens et faveurs du sécretaire du roy de France, qui est résident près de luy.

L'ambassadeur d'Espaigne poursuit encore la résolution du mariage de la fille d'Espaigne avec l'empereur: on espère qu'en bref il sera conclud.

Je ne puis vous dire autre chose sinon qu'en brief je parts d'icy pour m'acheminer vers Paris, espérant d'y estre en six semaines Dieu aydant, où j'attendray en très grande dévotion vos commandements auxquels j'obéiray avec telle affection, comme l'effect le démonstrera, osant promettre

Et sur ce en vous suppliant très humblement d'excuser ma hardiesse, je prieray Dieu Monseigneur, vous donner en santé très longue vie avec comble de touts honneurs. De Prague le 29 juin 1584.

XXI. (1) W tych Moskiewskich wiadomościach więcej było fałszu niż prawdy. Iwan Wasilewicz Groźny zszedł z tego świata 28 marca tego roku. Nastąpił po nim syn Fieodor, najstarszy po zabitym przez ojca Iwanie, słaby na ciele i umyśle, który tę tylko miał zaletę, że umiał dzwonić w cerkwi lepiej niż wszyscy w całem carstwie dzwonnicy. Ojciec widząc takie w synu zdolności, wyznaczył mu testamentem pięciu opiekunów, chociaż ten syn miał już lat dwadzieścia siedm, między nimi Iwana Szujskiego, obrońcę Pskowa, Borysa Godunowa, którego siostra poślubiła młodego cara, i Bogdana Bielskiego, potomka owych Bielskich, którzy z Litwy do Moskwy zbiegli. Temu piątemu opiekunowi przyszło na myśl pozbyć się kollegów, samego cara Fieodora spętać i pod imieniem sześć dopiero miesięcy życia liczącego Dymitra, najmłodszego syna Iwanowego, objąć rządy państwa. Ale lud Moskiewski, wierny swym nawet niedołężnym carom, zebrał się tłumnie przed Kremlinem, zatoczył działa pod bramy, domagając się wydania sobie Bielskiego, i nie wprzód się uspokoił, aż się od opiekunów dowiedział, że Bielski z Moskwy wygnany zostanie. Wtedy pospólstwo rozeszło się do domów, wołając radośnie: „Niech żyje car z wiernemi bojary!" Działo się to w Moskwie w pierwszym zaraz miesiącu po śmierci Iwana Wasilewicza. Poseł królewski Lew Sapicha, naoczny świadek tego rozruchu, doniósł o nim królowi. Wkrótce potem przybyli od cara posłowie do króla, kniaź Fieodor Trojekurow i dworzanin Michał Beznin, ale nie końcem zaproszenia go na tron, tylko dla potwierdzenia Zapolskiego traktatu, który uważano za skończony ze śmiercią Iwana, i wyjednali do lat dwóch jego przedłużenie.

XXXI.

Articuli inter cives Elbingenses et societatem mercatorum Anglicorum de emporio mercium ejusdem societatis in civitate Elbingensi constituendo, concordati et conclusi.

Teka Naruszewicza ~~97~~ 91 31b. Ex Hist. Prussiæ Lengnichi, t. III, 72.

1. Inprimis Nos pro Nobis et successoribus nostris, tenore præsentium, concessimus et concedimus, quod præfecto, assistentibus et societati mercatorum Anglicorum, qui in orientales partes navigare solent, et singulis, qui in eam societatem sunt cooptati, perpetuis futuris temporibus liberum et concessum erit, per terras, maria vel aquas dulces, ad quæcunque loca vel oppida, ac portus quoscunque ditionum nostrarum, tuto et secure cum navibus aut sine navibus accedere, in iisque, quam diu volent, commorari, omniaque ibi et singula ad eorum usus, commoda et necessaria emere et vendere, ab iisque ditionum nostrarum locis, oppidis et portibus, ad loca quæcunque, sive sua, sive aliena, cum rebus et mercibus suis quibuscunque, pro arbitrio et commodo suo, quandocunque et quotiescunque volent, redire, non secus ac si nostri proprii forent subditi, eaque in omnibus rebus justitia, æquitate, securitate et libertate gaudere debere, ut nullo unquam salvo conductu aut licentia, in genere vel in specie, indigeant.

2. Item quia tam ex usu mercatorum dictorum, quam ex re eorum, qui merces ullas ab illis ement, esse comperitur, ut certam quandam et designatam sedem habeant, ad quam dicti mercatores omnes cum suis navibus et mercibus debeant accedere, nullusque locus illis aut commodior, aut gratior esse videtur, quam civitas nostra Elbinga, Nos amoris nostri erga mercatores dictos testificandi, tum civitatis nostræ Elbingensis amplificandæ et præstitæ suæ erga Nos fidei magis magisque excitandæ causa, pro Nobis et successoribus nostris concessimus et concedimus, idque inter dictos tam mercatores Anglos, quam cives nostros Elbingenses conclusum, concordatum et conventum est, quod res omnes et merces, quæ a societate dicta in regni nostri ditiones terra marique importantur, ad civitatem nostram Elbingam in locis consuetis et ei usui destinatis, tanquam in emporio exponentur, ibique reponentur ex more et recondentur in granariis, in areis lumentariis, tabernis, officinis, prout ipsis mercatoribus commodum esse videbitur, quoad exinde divendantur et distrahantur, aut in alias partes ditionum nostrarum exportentur, ~~neque~~ aut passim, quibuscunque aliis in locis territorii Elbingensis exponantur, aut de navi in navim (consilio seu animo in alium locum ullum, quam in dictam civitatem nostram perferendi, priusquam ibi exposita sint) transferantur.

3. Item, conclusum, concordatum et conventum est, quod ad stabilem negotiationis Anglicanæ exercendæ sedem, intra civitatem nostram Elbingensem nonnullam

et eligendam, dictæ mercatorum societati satis ampla et capax domus, quam, ex certa pensione annua soluta, inhabitare possit; ab Elbingensibus civibus concedatur, eaque ipsis sine auctione pretii uti, frui tamen liceat, quoad ipsis in area (quæ civitatis sumptibus ipsis danda est et designanda) ædificium exstruatur et fabricetur, de cujus sumptibus imposterum convenietur.

4. Item, conclusum, concordatum et conventum est, quod dictæ societati mercatorum ad pietatem erga Deum unanimiter exercendam in domo dicta, quæ perpetuo ipsorum residentiæ est designata, liberum et concessum sit, sese ad divinas preces peragendas convocare, easque ibi preces suas more et ritu, quo in Anglia fieri solet, sine ullo impedimento exercere. Quod autem ad Anglos mortuos sepeliendos attinet, unusquisque Anglus Elbingæ mortuus, secundum existimationem et dignitatem suam inter cives Elbingenses, ritu et more inter ipsos recepto, vel intra ipsas basilicas, vel cœmiteriis templorum Elbingensium sepeliatur.

5. Item, conclusum, concordatum et conventum est, quod dicta societas mercatorum auctoritatem habeat, quotannis præfectum, seu deputatum societatis suæ, et quos hic sibi assistentes et curiæ suæ ministros desideraverit, eligendi, eosdemque ex forma in diplomate Regiæ Majestatis comprehensa jurejurando astringendi, novosque mortuis aut in Angliam abeuntibus substituendi, quotiescunque occasio postulabit, qui quidem præfectus nec per se, nec per suos assistentes, quidquam in præjudicium aut diminutionem nostram vel successorum nostrorum, pro tempore existentium, vel civitatis nostræ Elbingensis, magistratusque illius, sive consultando sive agendo, suspicere debet.

6. Item, conclusum concordatum et conventum est, quod dictus præfectus seu deputatus et assistentes, in omnibus causis et controversiis civilibus inter Anglos subortis, judicandis, auctoritatem habeant: ut et ~~[illegible]~~ etiam in injuriis, cujuscunque sint generis, modo eæ sint citra mutilationem rupturamve alicujus membri, aut gravem vulnerationem, et publica civium tranquillitas inde non fuerit perturbata, quibus casibus, ut in reliquis etiam omnibus et gravibus, D. burggrabius et reliquus civitatis magistratus, cognitionem ex officio habeat integram.

7. Item, conclusum, concordatum et conventum est, quod dicto præfecto, seu deputato et assistentibus potestas sit condendi ordinationes et statuta, secundum quæ suos Anglos ad honestam vitæ disciplinam cogere, et in officio suo continere possint. Item quæ de commerciorum rationibus, consideratione temporum, aut abroganda aut facienda esse duxerint; in quibus tamen quantum ad mercatum Elbingensem attinet, nihil illis aut novare aut statuere licebit, nisi prius consilium suum cum magistratu Elbingensi, qui pro tempore fuerit, communicarint, ejusque assensum obtinuerint, qui etiam id ipsum in suis legibus forensibus sanciendis observabit.

8. Item, conclusum, concordatum et conventum est, quod dicta societas mercatorum,

se in unum cogere, in domo sua convenire, et suas curias habere, toties quoties voluerit, possit, dummodo nihil ibidem in praejudicium nostrum et praefatae nostrae regiae urbis Elbingensis, tractetur aut suscipiatur.

9. Item, conclusum, concordatum et conventum est, quod omnes et singulae personae de dicta societate, de contractibus inter sese dissidentes, ad praefectum seu deputatum ~~[illegible]~~ et assistentes dictae societatis remittantur, quodque omnem auctoritatem suam magistratus loci accommodet, ut illis debita obedientia ab Anglis suis exhibeatur. Quod si Anglus actionem quamcunque civi Elbingensi ex quocunque contractu, aut extraneo regni incolae, ex recenti contractu factove aliquo intentare voluerit; coram Magistratu loci, sive judice ordinario civitatis illud faciet; si vero civis vel extraneus Anglo civilem actionem intentarit, liberum atque integrum actori erit, coram dicto praefecto, seu deputato tanquam judice compromissario (cujus sententia in eo casu sine appellatione aliqua utrinque stabitur), vel coram magistratu loci, seu judice ordinario civitatis experiri: ubi reus sine omni fori declinatione comparebit, judicio stabit, et tum ipse, quam actor jure civitatis utetur. De literis moratoriis, salvis conductibus, protectionibus, provocationibus et de quantitate propter quam provocari poterit in dictis casibus, ~~cum~~ quum ad Regiam Majestatem ventum erit, agetur et conveniet.

10. Item, conclusum, concordatum et conventum est; quod in casu, quo Anglus aliquis, qui solvendo non est, aut arrestandus, aut incarcerandus est; arrestatio prima fiet per ministros magistratus Elbingensis, post autem (ad servandam Anglis existimationem suam) antequam ad incarcerationem procedatur, res omnes deputato significetur, expecteturque in domo aliqua, si forte opera ejus interveniente lis suborta amice componi possit; quod si in cassum abierit, liberum sit magistratui, debitorem carceri (civibus Elbingensibus incarcerandis destinato) mancipare, aut tale aliquid in eum statuere, quod jure communi civili de decoctoribus receptum est.

11. Item, conclusum, concordatum et conventum est; quod omnibus et singulis de praefata societate jure liceat, in causis suis civilibus, vel per se, vel per alium legitime constitutum mandatarium, procuratorem, vel de rato caventem agere. In criminalibus vero reus principalis, qui nec alium respondere, aut se defendere velit, praesens esse debet.

12. Item, conclusum, concordatum et conventum est; quod omnibus et singulis de dicta societate liceat et licebit in omnibus actionibus testes producere et testimonium ferre, nisi socii in ~~[illegible]~~ eadem, de qua agitur, causa fuerint, cessante omnino et omnimoda causa contra ipsos et ipsorum quemlibet, vel gentis, vel non civis, vel religionis exceptione, et non aliis a jure civili permissis exceptionibus.

13 Item, conclusum concordatum et conventum est, quod actiones omnes, in

quibus de debitis liquidis et chirographis et similibus contractibus, quæ facilem et paratam probationem habent, agitur, et in quibus propterea summaria causæ cognitio et executio postulatur, intra quadraginta dies a tempore litis motæ numerandos, modo id ex juris æquitate fieri possit, terminentur. In aliis vero, quæ legitimum et maturum processum desiderant, justus judiciorum ordo observetur, idemque civitati Elbingensi tam a præfecto, seu deputato et assistentibus, qui Elbingæ sunt, quam a reliquis magistratibus et judicibus in Anglia præstetur.

14. Item, conclusum, concordatum et conventum est, quod omnes et singuli sive cives, sive extranei, in quemvis Anglum de eadem societate, quoquo modo delinquentes, pro ratione et gravitate delictorum, sine dilatione, meritis pœnis coerceantur, utque etiam similiter Angli, si qui vel in cives Elbingenses, vel extraneos deliquerint, iisdem pœnis afficiantur et puniantur.

15 Item, conclusum, concordatum et conventum est, quod bona quæcunque cujuscunque Angli de dicta societate existentis, quæ furto aut rapina ablata sunt, si apud alium, quam furem, raptoremve (quamvis bonæ fidei possessor sit) reperiantur, domino qui sua esse ea docuerit, reddantur et restituantur, sine mora, impensis litis ab actore persolvendis.

16. Item, conclusum, concordatum et conventum est, quod præfectus, seu deputatus et assistentes societatis dictæ, suos immorigeros et præfractos Anglos, in omnibus causis, quæ supra ad eorum jurisdictionem spectare dictæ sunt, in carcere civitatis publico, civibus Elbingensis incarcerandis destinato, (magistratu civitatis dictæ prius requisito), incarcerare possint, quoties et quando ipsis videatur. Idque sine ulla causæ relatione ad Magistratum, si modo dictus præfectus, seu deputatus et assistentes magistratui dicto de actionis, detentionis, sive incarcerationis injustæ, indemnitate caveant et prospiciant.

17. Item, conclusum, concordatum et conventum est, quod omnibus et singulis de dicta societate existentibus, detur facultas conducendi et possidendi ædes tam publicas, quam privatas in civitate Elbingensi et suburbiis ejus, atque etiam tabernas, granaria, areasque frumentarias, pro ratione hominum et rerum merciumque suarum quantitate.

18. Item, conclusum, concordatum et conventum est, quod in parandis iis, quæ in escam potumque pertinent, Angli omnes et singuli, qui in dictam societatem recepti sunt, eandem omnino libertatem habeant, quam indigenæ et cives Elbingenses habent. Quia vero Elbingæ consuetum est, ea omnia certo loco exponi, in foro nempe mercatorio et ad pontem, ne qua licentiæ fenestra cuiquam aperiatur, sed tam Anglis, quam civibus æque commode in his rebus prospiciatur, convenit, certum locum victualium venditioni et emptioni assignatum servandum esse, nam alioqui, si in suburbiis et pagis adjacentibus propolarum quæstus concessus esset, pretium rerum venalium supra modum cresceret et augeretur.

19. Item, conclusum, concordatum et conventum est, quod in aliis rebus omnibus

comparandis, quæ rei familiaris tuendæ et augendæ causa comparari solent, sive ex mari, sive terra in civitatem dictam importantur, et sive ex in foro mercatorio, sive ad pontem venales exponuntur, earum emptio Anglo ulli ex dicta societate, tam libera, quam civi cuicunque sit; et quia cives ea in re quibusdam legibus et statutis suis forensibus circumscripti sunt; eisdem etiam societas circumscribatur, quæ quia ut plurimum temporariæ sunt, et temporibus mutari et aptari solent, ne quid in societatis dictæ, aut hujus privilegii præjudicium factum esse putetur; tam nonnullæ leges, quæ nunc in usu sunt, quam quæcunque posthac aut mutandæ, aut de novo sanciendæ, aut abrogandæ sunt, earum quæ ad forum et mercatum pertinent, præfecto dicto, seu deputato et assistentibus, qui pro tempore fuerint, simul atque latæ, aut sublatæ sint, communicentur.

20. Item, conclusum, concordatum et conventum est, quod cuicunque Anglo de societate dicta existenti, omne genus mercium, sive ex terra, sive mari ad civitatem Elbingam advehuntur, perinde atque civibus emere, iisque tam ab incolis hujus regni, quam advenis, cujuscunque ritus, aut religionis sint, et in alias terras libere exportare liceat, sic tamen, ut iidem patrifamilias uni atque alteri tenuioris fortunæ, licitatione interveniente et cupienti, in rei familiaris suæ usus necessarios, de lino, frumento et lupulo coëmpto, lapidem seu modium unum atque alterum, citra auctionem pretii concedant et communicent.

21. Item, conclusum, concordatum et conventum est, quod si mercator Anglus frumentum, linum, aut alias merces ullas in his terris emptas, aut nolit, aut nequeat in Angliam mittere, easdem possit et debeat pro arbitrio suo Elbingæ distrahere et revendere; sic tamen ut id faciat in grosso modo, non minutatim, hoc est, ut frumentum et picem tam liquidam, quam aridam non minori quantitate, quam per lastam revendat, linum atque cannabim per dimidium lastæ, alias vero merces, quas per libram nauticam emit, per libram nauticam vicissim, cæterasque, quas per lapidem emit, per lapidem denuo et non minori quantitate distrahet.

22. Item, conclusum, concordatum et conventum est, quod unusquisque de dicta societate Anglus, pannos suos omnes Elbingæ in grosso modo integros, non minutatim per ulnas debeat distrahere. Pannos autem pretiosiores, quorum pretium est grossorum Elbingensium in singulas ulnas sexaginta, aut eo ~~[illegible]~~ amplius, ut liceat per ulnam aut ulnas quibuscunque petentibus communicare.

23. Item, conclusum, concordatum et conventum est, quod civitatis prædictæ incolæ et accolæ, nullo extraneo ad id manus adhibito, suis ~~[illegible]~~ scaphis atque lintribus, naves Anglicas omnes, omnibus suis mercibus tam importatis, quam exportandis onerent et exonerent, justo tamen et certo pretio per mutuum consensum senatus et societatis dictæ constituto, quo si iidem acquiescere, aut contenti esse nolint, quod tum potestas fiat aliis etiam peregrinis et quibuscunque operam suam ea in re Anglis locandi et navandi. Quod si portitores dicti negligentes

aut minus fidi fuerint, tam senatus, quam societatis mutuo cum consensu ab officio suo removeri et damnum, si quod sua negligentia datum erit, resarcire debeant.

24. Item, conclusum, concordatum et conventum est, quod libera atque integra potestas sit mercatoribus Anglis adventuris ad quemcunque sive Anglum, sive civem divertendi, sic tamen, ut ne quis, qui eos hospitio sit excepturus, majorem inde hospitum numerum acquirat, quam qui ex senatus constitutione civibus præscriptus erit. Præfecto vero, seu deputato societatis dicto (quod is sibi assistentes pro aliorum absentia nunc hos, nunc illos habere debeat) liberum et concessum sit, quot et quos volet Anglos apud se excipere et hospitare, qui tamen numerum quadragenarium non excedant.

25. Item, conclusum, concordatum et conventum est, quod ponderatores, libratores, mensuratores, cranæ præfecti, probatores, proxinetæ, ligatores, operarii, aurigæ, mutuo cum consensu senatus et societatis deputatorum eligantur, qui apud utrosque etiam in officiis et muneribus suis præstandæ fidei juramentum præbeant, et mercede laborum suorum tam a senatu, quam ex societate designata contenti sint, quorum etiam consensu mutuo negligentes et minus fideles ab officiis suis removeantur. Quod si ullius ex prædictis ministris aut negligentia, aut culpa in mercibus dictorum mercatorum quid damni detur, id ipsum unusquisque, qui illud dederit, arbitrio proconsulis et deputati præstare debeat.

26. Item, conclusum, concordatum et conventum est, quod cuicunque Anglo libera facultas sit, de suis bonis ex recepta per ipsos et usitata in Anglia juris forma testamento suo libere disponendi, præterquam de iis bonis, quæ vel dotem Elbingæ constitutam concernunt, vel ex hæreditate aliqua ibidem obvenerunt, quæ sub cautione sufficienti præstita, uxoribus et hæredibus ipsorum expedit manere salva, et ideo de iis omnibus disponendi ratio juri municipali civitatis Elbingensis reservatur.

27. Item, conclusum, concordatum et conventum est, quod custodia rerum omnium ab Anglis defunctis, de dicta societate existentibus, testato intestatoque relictarum, penes præfectum, seu deputatum dictum et assistentes dictos sit, ita tamen, ut prius inventarium earum ex juris formula conficiant, et uniuscujusque creditorum defuncti ratio habeatur, priusquam ea bona ex ipsorum custodia dimittantur.

28. Item, conclusum, concordatum et conventum est, quod unusquisque de dicta societate Anglus, qui velit jus civitatis Elbingensis obtinere, non prius in civem recipiatur, quam literas, probe actæ vitæ suæ et honestæ a societate dimissionis testes, a præfecto, seu deputato dicto ad proconsulem Elbingensem afferat. Quisquis autem eas attulerit, et in numerum civium receptus est, liberam facultatem fundos et alia bona immobilia emendi et possidendi habeat, perinde ut alii cives illi aut habere possunt, aut revera habent.

29 Item, conclusum, concordatum et conventum est, quod liceat cuicunque et unicuique civi Elbingensi, res soli et fundos suos pro plena solutione debitorum suorum, cuicunque de dicta societate existenti oppignorare, eosdem sic oppignoratos ad plenam debitorum suorum solutionem, ex forma pignorum vendendorum a jure civili praescripta, distrahere et divendere, quacunque alia consuetudine, in contrarium faciente, non obstante.

30. Item, conclusum, concordatum et conventum est, quum nihil adeo liberis mercatorum commerciis adversetur ac quotidianae et novae exactiones, quod singuli de societate dicta Angli, ab omnibus et singulis pensitationibus, quae a senatu civibus, aut nunc impositae sunt, aut imposterum imponentur, liberi et immunes sint. Caeterum de iis Anglis, qui praeterquam quod negotiantur, eodem etiam quo cives jure domos et aedificia habere volunt, convenit, ut ratione aedium idem quod cives praestent. Quod vero ad ea exactionum genera, quae a Serenissimis Poloniae regibus, aut subditis, aut caeteris imponentur, cives Elbingenses suo nomine, et nos Serenissimae reginae nostrae nomine, earum vacationem a rege humillime petemus.

31. Item, conclusum, concordatum et conventum est, quod Serenissima regina Angliae, omnibus civibus Elbingensibus, perpetuis futuris temporibus facultatem concedat, per terras, maria vel aquas dulces, ad quaecunque loca et oppida ac portus quoscunque ditionum suarum, cum navibus, mercibus et rebus suis, tuto et secure accedendi ac in iisdem quamdiu volint commorandi, omniaque et singula ad eorum usus commoda et necessaria emendi et vendendi, tam cum regni Angliae incolis, quam advenis quibuscunque; ab iisdemque ditionum suarum locis, oppidis et portubus, ad loca quaecunque sive sua, sive aliena, cum rebus, mercibus et navibus suis quibuscunque, pro arbitratu suo redeundi, non secus ac si reginae ipsius proprii forent subditi, ac in omnibus ditionum suarum locis, tam in iis rebus, quae ad juris processum spectant, quam quae ad contractus attinent, ut proprii reginae Angliae et indigenae Angli tractabuntur: et si quae praeterea a benignitate reginali impetrari possint, ut ea tanquam inserta in hoc privilegio habeantur.

32. Item, conclusum, concordatum et conventum est, quod omnes et singuli nativi Angli, qui in regnum Angliae perfidi et a fide sua desciscentes reperti fuerint, non solum beneficio horum privilegiorum excludantur et careant, sed omni etiam jure civitatis Elbingensis, (si in civium numerum recepti sint), ipso facto (postquam rebelles hic ex Anglia denunciantur), decidant et priventur. E converso etiam, quod ejusmodi nativi Elbingenses, qui in patriam suam perfidi, aut qui Rempublicam Elbingensem propter constitutam hanc commerciorum sedem insectantur (postquam tales esse, in Angliam perscriptum est), omni etiam in Anglia et civitatis jure et privilegiorum horum beneficio careant, excludantur.

33. Item, conventum, concordatum et conclusum est, si aliqua dubietas, ambiguitas, obscuritas, seu questio, inter quemcunque de dicta societate Anglum et civem Elbingensem, aut super aliquo articulo, privilegii hujus capite, seu membro aliquo alicujus articuli, in hoc privilegio comprehensi, oriatur aut moveatur, quod interpretatio, resolutio et explicatio ejusdem ad normam æquitatis a jure civili præscriptam, referatur, et juxta eandem explicetur et terminetur; nec propter tale aliquod sic exortum dubium, totum privilegium labascat, aut frustretur, sed in suo robore et firmitate nihilominus consistat et permaneat. (1).

XXXI. (1) Te artykuły chociaż w imieniu króla między Elblążanami a kompanią kupców Angielskich umówione, nigdy przez króla, ani przez sejm nie były potwierdzone. Starał się usilnie o ich potwierdzenie Jan Herbert, poseł królowej Elżbiety i pełnomocnik kupców Angielskich, jeździł w styczniu tego roku do Grodna, gdzie król wtenczas przebywał, ale potwierdzenia tych artykułów wyjednać nie mógł. Wyznaczeni dla ich roztrząśnienia komissarze, Piotr Kostka, biskup Chełmiński, Piotr Potulicki, wojewoda Brzesko-Kujawski, Jan Dulski, kasztelan Chełmiński i podskarbi Koronny, Stefan Grudziński, kasztelan Nakielski, i Stanisław Kostka, podkomorzy Chełmiński, zjechali się, prócz podskarbiego, 20 lipca do Elbląga, gdzie na podane sobie powyższe artykuły zażądali od deputatów Gdańskich odpisu i na tem swą czynność zakończyli. Gdańszczanie odpisując na każdy z tych artykułów, okazali, że kupcy Angielscy sadowiąc się w Elblągu, nic innego nie mieli na celu, jak tylko opanowanie całego handlu i zapewnienie sobie monopolu handlowego z ujmą praw Rzeczypospolitej i przywilejów ziemiom Pruskim nadanych. Jan Herbert pojechał potem z Elblążanami do Lublina, gdzie się król znajdował, dokąd i Gdańszczanie także swych deputatów postali. Wyznaczeni inni komissarze, Jan Tarło, wojewoda Lubelski, i trzej Firleje, Lubelski, Rawski i Biecki kasztelanowie, zaprosili obie strony do Lewartowa, gdzie im oświadczyli, że przed zasięgnięciem zdania senatorów król nic w tej mierze postanowić nie może. Ale na sejmie 1585, zdania senatorów żądaniu Elblążanów i kompanii kupców Angielskich okazały się nie przychylne. Burmistrz Elbląski rzucił się do nóg królowi wychodzącemu z pokojów królowej, i o potwierdzenie artykułów prosił. Król krótko mu odpowiedział: „te wasze artykuły żadnym sposobem przyjęte być nie mogą: resztę wam kanclerz opowie." Kanclerz to tylko burmistrzowi opowiedział, co król królowej Angielskiej odpisał: „Iż przychylić się do tego, czego na pomnożenie handlu Angielskiego żądano, bynajmniej nie można było; gdyż prawa Polskie zakazują wszelkich monopolów. Wolno jednak kupcom Angielskim nie tylko w Elblągu, ale w Gdańsku, w Rydze i w innych portach Polskich handel jak dawniej prowadzić. List ten Stefana do Elżbiety nie znalazł się między dokumentami przez Grono historyczne Londyńskie w Muzeum Brytańskiem przepisanemi.

Elblążanie nie otrzymawszy potwierdzenia tych artykułów, zawarli 3 maja 1585 roku z kupcami Angielskimi drugą umowę w 21 artykułach, które poniżej umieszczone będą. —

XXXII.

Responsiones Gedanensium ad unumquemque superiorum articulorum.

1. Portus Prussiæ patent omnibus, modo negotiationes fiant more consueto et juribus ac libertatibus terrarum et civitatum salvis. Nam hoc jus cum exteris commercandi antiquissima consuetudine solis civibus et incolis competit. Exteris autem liberam cum exteris negotiationem concedi, cum civium et incolarum certissimo dispendio et exitio conjunctum est.

2. Hic articulus juribus universæ Prussiæ derogat, præsertim maritimis tam in regali, quam ducali Prussia civitatibus, est contra pacta perpetua et omnes patriæ leges et receptas longissimas consuetudines, quæ divi ~~[illegible]~~decessores Poloniæ reges omnes et ipsa Serenissima moderna Regia Majestas sacrosancto jurejurando confirmavit. Non igitur quod omnibus commune hactenus fuit, uni Elbingensi civitati concedi possit.

3. Si modo hac in parte cæterarum civitatum libertatibus non præjudicetur, non præscribimus Elbingensibus, quid aliis concedere, vel ædificare velint.

4. Nihil ad nos pertinet; quia non de religionis exercitio, sed de commerciis agitur.

5. Pertinet ad Regiæ Majestatis auctoritatem, et nunquam simile quid in Poloniæ regno fuit auditum, demonstrat itidem; quod jure monopoliari Elbingæ vivere Angli constitutum habeant. Quæ etiam et qualis futura sit illa forma jurisjurandi, qua ex diplomate reginæ Angliæ suos obstringere volunt, facile Majestas Regia, ut prudentissimus princeps, intelligit. Nulla enim ratione magis, quam ea, usum commerciorum restringere possunt.

6. An expediat, quod exteri in locis alterius jurisdictioni subiectis, sibi ipsis jus dicere possint, Majestas Regia pro sua regia prudentia benignissime considerabit.

7. Hic articulus denuo præ cæteris Anglorum studium detegit, et quam perniciosa hæc illorum monopolia et universo regno, et terris Prussiæ futura sint, satis demonstrat. Statuta enim et leges, suo commodo pro consideratione temporum, exteris figere; nunquam in hoc regno auditum, multo minus licitum fuit. Considerabunt quidem Angli tempora; at non ex aliorum, sed sua utilitate, et statuta talia condent, quæ ipsis permultum servient, omnes vero regni incolas incommodabunt plurimum. Testantur hoc leges, quæ jam conditæ sunt et usu servantur.

8. Pertinet itidem articulus hic ad jus monopolii stabiliendum et conventicula contra leges et Reipublicæ auctoritatem inducenda.

9. Hic articulus itidem ad regiam et magistratus auctoritatem pertinet, quæ non facile exteris concedi solet.

10. Hic iterum Angli magistratum sibi subjicere student, et majoris Angli alicujus alios defraudantis existimationem, quam miserorum subditorum fortunas faciunt æstimantque.

11. Nisi et in hoc articulo anguis lateret, non tot verbis in re plana et manifesta laborarent.

12. Ejusdem generis hic est de producendis testibus articulus, nisi quod compertum sit, Anglos, cum ab aliquo subdito ad dicendum testimonium producuntur, ordinarii judicis jurisdictionem recusare et ad præfectum suum provocare.

13. Quod per se omnibus tribui æquitatis ratio postulat, id vel non paciscendum erat, vel mysterio non caret.

14. Pari æquitate nititur hic articulus, nisi Angli ista generalitate coercitionem illam sibi tribuere vellent, quod admittere, et grave et periculosum esset.

15. Vindicatio et convictio rei furtivæ ut jure communi omnibus aliis, sic certe et Anglis libera est. Non subest igitur ratio, cur speciatim sibi caveri velint.

16. Spectat hic articulus ad imperium, quod Angli desiderant stabiliendum. Sine causæ enim cognitione et relatione aliquem ex alterius arbitrio incarcerare, servitutis aliquid habet, et occasionem præbebit, ut magis magisque legibus suis iniquis commercia constringant et quosvis ad eas servandas adigant.

17. Libera sunt illa Elbingensibus, modo fiant absque cæterorum, quorum interest, præjudicio.

18.19. Hic omnes civitatis leges non publico civium usu, sed privato commodo metiuntur Angli. Et quia hæ res ipsorum Elbingensium jura, plebiscita et libertates concernunt, liberum est ipsis de jure suo concedere quid velint, saltem communibus libertatibus suo facto non derogent.

20. Libere, si exteri cum exteris commercari poterunt, qua ratione civitates tam ampla conservabuntur, vel civium facultates augeri poterunt. Hac enim unica ratione civitates ad splendorem pervenient, ut tanto commodius Reipublicæ necessitati quovis tempore subvenire possint. Quod certe minime futurum est, si divitiis in exteros translatis, illæ ad extremam redigantur inopiam. Quæ vero tenuioris fortunæ hominibus Angli concedere videntur, ea in speciem fiunt, et ut aliquo prætextu perniciosum hoc studium tegant.

21. Vere in hoc articulo testantur Angli, quod omnem emergendi occasionem subditis præcipere velint. Non enim merces emptas exportare, quod exteri consueverunt, sed cuivis pro arbitrio revendere expetunt. Illi igitur Belgis, Hispanis, Gallis, Danis, Suecis, merces suppeditare, et omnem negotiationis utilitatem in se transferre poterunt.

22. Et in hoc articulo sibi hoc Angli tribui postulant, quod civibus maxime debetur. Minutatim enim res distrahere proprie ad cives pertinet, qui ex ea

re victum quæritant. Et ut fucum hominibus faciant, promittunt quidem in genere, se pannos omnes minutatim per ulnas non divendituros, sed pretiosiores excipiunt, utpote in quibus major spes lucri consistit et plus emolumenti expectari potest.

23. Speciem quandem æquitatis hoc in se caput continet, cum Elbingenses in onerandis et exonerandis navibus, aliis præferri videntur, sed si penitius inspiciatur, videtur in pretii constitutione plurimum situm esse; quod si in potestate societatis futurum sit, facile illos arcere, et vel suos Anglos, vel alios promovere poterunt.

24. Vostra nihil interest, quot hospites recipere cuilibet illorum integrum sit.

25. Quod Angli officiales jurejurando sibi obstringere, et stipendia etiam constituere velint, hoc, nisi cum insigni ipsorum commodo, et subditorum detrimento conjunctum esset, non tam solliciti agerent. Nec recenseri potest, quanta et quam multa hanc rem subsequentur incommoda, si pondera et mensuræ ex eorum stabunt arbitrio.

26. Hæc domestica sunt Anglorum compendia, et nihil ad publicam negotiationem faciunt.

27. Merito custodia relictorum bonorum penes ~~M~~ magistratum esse deberet, ut in reliquis civitatibus; partim ne illa hæredibus pereant, aut invertantur, partim ne si forte defunctus hæredibus careat, fisco aliquod præjudicium fiat.

28. Videntur Angli restingere velle Elbingensium libertatem in conducendo jure civili, dum neminem recipi volunt, nisi qui a collegio commendatus fuerit.

29. Si exteris licet fundos in civitatibus possidere, facile colonia mutabitur, et ex Prutenis fient Angli. Multa etiam ex hoc articulo simulate agi, et in præjudicium cæterorum creditorum committi possunt.

30. Ex inæqualitate onerum ferendorum facile perspici potest, quales Respublica, ~~tempore~~, tempore necessitatis, habitura sit subditos et cives.

31. Hic Angli singulari privilegio Elbingensibus concedere videntur, quæ, et longe majora, non solum ipsis, sed omnibus civitatibus Prussiæ in Anglia, a multis centenis annis licita permissaque fuerunt; videnturque Angli, dum concessione hac reliquos subditos Majestatis Regiæ excludunt, non Elbingensium, qui rarius vel nunquam eas in partes perveniunt, sed suis rebus consulere, ut, aliis exclusis, ipsi rerum potiri, et soli commodo negotiationis frui possint.

32. Magni et periculosi exempli res est, quod hi collegati absolutam sibi potestatem usurpare volunt; rebelles et perfidos judicandi. Ac si quis fortassis etiam Gedanum venerit, aut ibi domicilium habuerit, eundem huic numero adscribent, ut jam de facto fieri videmus.

33. Quoniam capita suprascripta repugnant juribus, libertatibus et consuetudinibus Terrarum Prussiæ, frustra hic de interpretatione pactorum agitur, quæ nunquam coire possunt.

Et hæc habent in hac temporis angustia internuntii Gedanenses, quæ super his articulis ad voluntatem Reverendissimi ac Magnificorum Dominorum commissariorum exhibenda putaverunt. Si quid aliud prætерea senatui Gedanensi, pro pleniori informatione Regiæ Majestatis, necessarium videbitur, senioribus suis, cum quibus in specie super his articulis nunc consultare non possunt, integrum reservant.

XXXIII.

Procuratorium Julii ducis Brunsvicensium et Luneburgensium.

N. 31ª Ex Cod. dipl. Dogieli, t. I.

Nos Julius Dei gratia dux Brunsvicensis et Luneburgensis, tenore præsentium notum facimus omnibus, quorum interest, aut interesse quacunque ratione potest, quod de certa scientia nostra in causa, quæ conveniendo et reconveniendo, inter Serenissimum et potentissimum principem, Dominum Stephanum regem Poloniæ, Magnum ducem Lithuaniæ etc., Transilvaniæ principem, affinem nostrum dilectissimum ex una; et nos ex altera parte coram Sacræ Cæsareæ Romanæ Majestatis commissariis, Illustrissimis principibus, Domino Augusto, duce Saxoniæ, Sacri Romani Imperii archimareschalco, et Domino Joanne Georgio, marchione Brandeburgensi, Sacri Romani Imperii archicamerario, principibus, electoribus, cognatis et affinibus nostris amantissimis, nobilem, discretos, honestos, et doctos viros, Ottonem ab Hoim in Esbeck, cameræ nostræ consiliarium, et Maximilianum Strassium, juris utriusque doctorem, procuratores, et mandatarios nostros, conjunctim et divisim, et cum clausula, quod si non omnes, item ut omnes, vel alter eorum, et etiamnum hisce præsentibus literis nostris constituimus, omni meliori modo, jure, ac ratione, qua id de jure fieri potest et debet, ita et ad eum modum, ut nostro nomine coram amplissimis et doctissimis viris, Dominis doctoribus facultatis juridicæ illustris academiæ Francofortianæ ad Oderam ambo, vel unus eorum tantum, compareant, a Magnifico regio oratore plenum et sufficiens mandatum postulent, vel requirant, ejusque exemplar ad acta reponi curent, aut si minus legitimum et insufficiens esse adinvenerint, contra illud excipiant, ut actis rejici, atque ut aliud exhibeat, per decretum ei imponi petant, nostras protestationes, exceptiones, eventualem litis contestationem, singulares responsiones, defensionales et reconventionales exhibeant, et a Magnifico regio mandatario ad nostras reconventiones, sive mutuas petitiones et litis contestationem, singulares responsiones postulent, juramenta dandorum, respondendorum calumniæ, et alia quæcunque, nullo excepto, etiamsi litis decisivum sit, et speciale mandatum requirant, si opus erit, regio mandatario deferant, eaque nobis a Serenissimo et potentissimo Poloniæ rege delata, aut per judicis decretum imposita suscipiant, præstent, et in nostram animam jurent, quæcunque a regio oratore adversum nos judicialiter producentur, accipiant, contra ea excipiant, replicent, duplicent, triplicent, testes producant, eosque debito juramento constringi faciant, et si a Magnifico regio oratore testes producantur, contra personas eorum excipiant, aut si eos admitti oporteat, ipos (salvis et reservatis tamen nobis nostris exceptionibus omnibus) jurare videant, interrogatoria, si opus fuerit, exhibeant, literas et quæcunque alia instrumenta, infra et post terminum probatorium, in quacunque parte judicii in medium afferant, sigilla et manum recognosci petant, itemque ipsi, si ab eis petatur, faciant publicationem, attestationem requirant, contra attestationes regias excipiant, probationes nostras forment, et quæcunque contra nos adferuntur, diligentissime refutare studeant, discussis sufficienter omnibus, in causa concludant, sententiam publicari petant, audiant, acceptent, copiam et executoriales petant, aut si contraria fuerit, ab ea appellent, vel loco appellationis reiterationem, sive revisionem actorum et sententiæ postulent, et denique omnia alia, quæ occurrunt, quæque nos ipsi, si præsentes essemus, facere et expedire quacunque ratione debere-

mus et possemus, faciant et expediant. Damus etiam nostris mandatariis plenam et integram potestatem ambobus simul, aut alteri eorum soli, conjunctim, vel divisim, alium, vel alios, aut plures mandatarios substituendi, suum, vel eorum mandatum, quotiescunque sibi, vel ipsis libuerit, revocandi et ad se recipiendi. Et quæcunque nostri mandatarii ambo, vel unus eorum, conjunctim et divisim, eorumque, sive ipsius substitutus, vel substituti, ad formam suprascriptam nostro nomine egerint, fecerint, omnia illa rata, firma et certa erunt, atque a nobis rata, firma et certa habebuntur, sub fide nostra principali, et obligatione bonorum nostrorum præsentium et futurorum. Sique nostris mandatariis, vel eorum substituto, vel substitutis, ulteriore, pleniore et ampliore mandato, sive speciali, sive generali, nunc, aut in posterum opus fuerit, id omne hisce literis, ac si de verbo ad verbum, cumque omnibus clausulis necessariis insertum esset, ex nunc prout ex tunc, et ex tunc prout ex nunc, ex certa scientia illis damus, nostramque plenam potestatem tribuimus, excluso omni dolo et fraude. In quorum omnium fidem nos propria nostra manu subscribimus, et sigillum nostrum apponi fecimus. Actum et datum Henricopoli ad aulam nostram, die 24 julii, anno 1584.

XXXIV.

Cardinalis Sirleti ad Stephanum regem Poloniæ.

Ex cod. mscr. Vatic. 6180 (1).

XXXV.

Protestationes et exceptiones contra male formatum libellum cum annexa in eventum litis contestatione, singularibus responsionibus defensionalibus et reconventionibus, sive mutuis petitionibus, mandatarii Illustris Julii principis, ducis Brunsvicensium et Luneburgensium, rei conventi, contra mandatarium Magnificum oratorem Serenissimi ac potentissimi regis Poloniæ, actorem.

Ex mss. bibl. Zaluski, 253.

Quum Sacræ Cæsareæ Majestatis commissarii, Illustrissimi principes ac Domini, Dominus Augustus dux Saxoniæ, Sacri Romani Imperii archimareshallus, et Dominus Joannes Georgius marchio Brandeburgicus, Sacri Romani Imperii archicamerarius, principes electores, in proxima dieta Francofurti ad Oderam, ad 4 diem mensis maii, inter Serenissimum et potentissimum principem ac Dominum, Dominum Stephanum regem Poloniæ, Magnum ducem Lithuaniæ, principem Transilvaniæ, et Illustrem principem ac Dominum, Dominum Julium, ducem Brunsvicensium et Luneburgensium, super hæreditate Illustris Dominæ, Dominæ Sophiæ ex regia Poloniæ prosapia prognatæ, conjugis Illustris quondam principis Henrici junioris, ducis Brunsvicensis et Luneburgensis, piæ recordationis, habita, per subdelegatos suos commissarios certum modum, secundum quem memorata causa hæreditaria, quæ ami-

---

XXXIV. (1) List ten z dnia 29 lipca 1584, w którym kardynał Sirleti donosi królowi o wyniesieniu synowca jego Andrzeja na godność kardynała, jest w dziele: Relacye nuncyuszów apostolskich o Polsce, t. I, p. 451.

cabiliter hactenus, licet semel atque iterum tentatum fuerit, componi non potuit, judicialiter dirimi debeat, praescripserint: Illustris princeps Julius publice protestatur, quamvis eo res deducta sit, ut Celsitudini ipsius cum Serenissimo et potentissimo rege Poloniae jure agendum sit, Illustrem tamen ipsius Celsitudinem animum amicum, benevolum et ad omnia humanitatis officia praestanda promptissimum, quem Celsitudo ipsius erga Serenissimum et potentissimum regem Poloniae, Dominum et affinem suum amantissimum, ex eo statim tempore quo affinitatis sacrosanctum vinculum inter Regiam Serenitatem et Illustrem ipsius Celsitudinem intercessit, sincero et candido pectore habuit, constanter conservaturam, et Serenissimo atque potentissimo regi Poloniae, Domino et affini suo, omnia, quae a Celsitudine ipsius proficisci possunt studia, cupidissime praestituram, nec quicquid facturam, quod a sacrosanctae affinitatis jure alienum videri posset, ac vicissim Illustris ipsius Celsitudo a Domino et affine suo, Serenissimo rege, ea expectat, quae a Domino affine, et rege laudatissimo expectanda sunt.

Intelligit deinde Illustris princeps Julius praefatum modum agendi a Dominis Caesareis commissariis, Illustrissimis principibus electoribus, praescriptum, plurimum recedere a juris civilis ac pontificii forma, secundum quam ultra omnium hominum memoriam lites non solum inter privatos, sed etiam inter principes viros in Sacro Romano Imperio diremptae fuerint. Et quamvis non immerito grave sit ab usitata, a civili et pontificio jure, ac constitutionibus Imperii praescripta, ac in Sacro Romano Imperio inter viros principes hactenus recepta forma agendi discedere, Illustris quoque princeps Julius facile animadvertat, Illustrem ipsius Celsitudinem, ne quidem a Sacra Caesarea Majestate, quam tamen Celsitudo ipsius debita observantia submisse colit, et cui obedientiam in omnibus licitis se debere libenter profitetur, cogi posse, ut relicta legitima juris via, se in prorsus inusitatum, atque angustissimum processum intromittat, maxime quum Celsitudo ipsius vices rei conventi sustineat; tamen Illustris ipsius Celsitudo quo majorem animi promptitudinem et observantiam Serenissimo et potentissimo Domino et affini suo, regi Poloniae, testatam faciat, et Sacrae Caesareae Majestati, hujusque Majestatis commissariis, principibus electoribus, aliisque Sacri Romani Imperii columnis et proceribus liquido aperiat, Celsitudinem ipsius nulla subterfugia quaerere, sed nihil magis in votis habere, quam ut controversia suborta secundum juris, justitiae et aequitatis terminos quam primum dirimatur, viam ab Illustrissimis principibus electoribus per subdelegatos Celsitudinum ipsarum commissarios perscriptam sequi decrevit, si modo Celsitudinis ipsius jus, quaeque ad id pertinent, intra tam angustum temporis spatium, prout rei magnitudo exposcit, deduci possint. Id si fieri minus commode queat, Illustris princeps Julius omnino confidit, Illustrissimos principes electores Celsitudini ipsius laxiora tempora concessuros, quum id etiam ordinationes Sacri Romani Imperii, quae in summa aequitate fundantur, expresse velint, maxime quum Celsitudo ipsius ex nullo compromisso, sed ex recessu cum Serenissimo et potentissimo rege Poloniae agat. Porro, quum nemo alterius nomine ad agendum vel defendendum sine expresso mandato admitti debeat, et juris certi sit, totum processum ob defectum mandati retro reddi nullum: idcirco mandatarius Illustris Julii principis, ne judicium illusorium fiat, in primis mandatum suum in originali cum duabus copiis exhibet, petitque, copiis cum origiginali collatis, originale sibi restitui, et exemplar unum Magnifico regio ora

tori tradi, alterum apud acta relinqui. Et quia apud acta Magnifici regii oratoris mandatum nusquam extat, sperat mandatarius Illustris principis Julii, regium oratorem mandatum suum similiter ad acta repositurum, sibique copiam ejus traditurum, ut videre possit, num dicto mandati Illustri suo principi satis prospectum, idque ita conceptum et formatum sit, prout de jure concipi et formari debuisset.

Post hæc, salvis et reservatis omnibus juribus, privilegiis, statutis, consuetudinibus, immunitatibus, beneficiis, quæ reo, vel conventæ parti, per leges, consuetudines, ordinationes Sacri Romani Imperii, vel aliter quomodocunque indulgentur, dicit et proponit mandatarius conventi principis Julii, ducis Brunsvicensis et Luneburgensis, quod quum Serenissimus et potentissimus rex Sveciæ, Joannes, mox post obitum Illustris Dominæ Sophiæ, Illustri principi Julio, Domino convento, per literas significaverit, totam hæreditatem, ab Illustri Domina Sophia relictam, ad Serenitatis suæ conjugem, Catharinam, sororem germanam defunctæ Sophiæ, jure devolutam esse, ideoque petierit, ne Illustris princeps Julius ulli hominum, quicunque is esset, vel minimam ex illa hæreditate partem concederet, sed omnem hæreditatem, suæ Serenitati, et Serenitatis suæ conjugi, et liberis integram reservaret, idemque Serenissimus rex, missis deinde legatis, ab Illustri principe Julio eandem hæreditatem Sophiæ postulaverit: Et quum princeps Julius, propterea quod altera soror defunctæ Sophiæ, Anna, quæ nunc Serenissimo et potentissimo regi Poloniæ matrimonio juncta est, eandem hæreditatem peteret, in postulationem legatorum Serenitatis ipsius descendere non posset, apud invictissimum et sacratissimum imperatorem Romanum impetraverit, ut Sacra Cæsarea Majestas totius hujus causæ cognitionem Illustrissimis principibus electoribus, Saxonico et Marchico, demandaret; juri autem et naturali æquitati consonum sit, ut, pluribus ad hæreditatem petitam jus prætendentibus, et uno ex iis in solidum agente, actor idonea cautione præstita, reum conventum adversus alios, in re petita se jus aliquod habere affirmantes, securum faciat, et extra omne periculum ulterioris molestationis ponat: ob id mandatarius Illustris principis Julii a Serenissimo et potentissimo rege Poloniæ cautionem, quod Serenissima Regia Dignitas adversus alios impetitores Illustrem principem Julium defendere velit, qua decet et debet submissione petit, omnino confidens, Serenissimum et potentissimum regem Poloniæ petitam cautionem sponte et ultro præstiturum, idque cogitaturum non minus regium esse id, quod leges jubent facere, quam truculentum hostem prosternere; Quod si Regia Serenitas petitioni huic locum non dederit, mandatarius Illustris Julii principis Illustrissimorum principum electorum officium implorat, precibus summis contendens, ut Illustrissimæ ipsorum Celsitudines suam auctoritatem interponant, et Serenissimo ac potentissimo regi Poloniæ mediante judiciali sententia injungant, ut Serenissima ipsius Regia Dignitas, id quod jus requirit, consuetudo postulat, naturalis ratio exigit, et Regia Serenitate inprimis dignum est, haud gravatim subeat, et Illustri principi Julio adversus alios impetitores sufficienter et idonee caveat. Et ex re Serenissimi atque potentissimi regis est, cautionem petitam quam primum præstari, quum illa non præstita, et Serenissimo atque potentissimo rege adversus Julium principem aliquid obtinente, Julio principi facultas et potestas, secundum jus civile et Saxonicum datur, omnia, quæ Serenissimo et potentissimo regi adjudicatum fuerit, tantisper

retinendi, donec petitorium inter competitores finitum, et inter eos omnis controversia discussa atque sopita fuerit.

Hoc amplius, quum jure ac legibus cautum, ac consuetudine inveterata, quæ vim legis habet, receptum sit, ut actor reo petenti de prosequenda lite et expensis, quod nimirum litis expensis, si in jure succubuerit, et in expensas condemnatus fuerit, reo refundere velit, sufficientem cautionem præstet, nec ab ea prætextu ullius dignitatis etiam amplissimæ liberari possit, in tantum ut reus conventus ad institutam actoris actionem respondere non teneatur, antequam idonee et sufficienter de prosecutione litis et expensis prospectum fuerit: idcirco mandatarius Illustris principis filii sperat, Illustrissimos principes electores curaturos, ut Magnificus regius orator cautionem de prosequenda lite et expensis idoneam præstet, idque ut præstet, Illustris principis filii mandatarius submisse petit.

Protestationibus et petitionibus præmissis salvis, et ante omnia....., descendendo ad libellum a Magnifico regio oratore, nomine Serenissimi et potentissimi regis Poloniæ exhibitum, eumque exso contra ac notissima juris principia et fundamenta, dicit mandatarius Illustris principis filii dictum libellum multis de causis male formatum esse. Nam primum, in initio ponitur hæc formula: Producit modo et forma simplici, et in fine eadem formula his verbis: Simpliciter et de plano repetitur. Et libellus, cui prædicta formula inseritur, vitiosus est.

Deinde Magnificus regius orator plus petit, quam Serenissimo et potentissimo regi Poloniæ debeatur, sicuti ex sequentibus videre licet. Etenim eandem repetit, et summam Neapolitanam, ac præterea pecuniam, quæ civitatibus Lipsensi et Magdeburgensi, itemque Marchiæ veteris ordinibus seu deputatis credita fuit. Illustris autem princeps filius, post obitum incliti et illustris parentis, Henrici junioris, Illustri Dominæ Sophiæ in numerata pecunia eandem et summam Neapolitanam solvit, ex eaque pecunia Illustris Domina Sophia 30,000 thalerorum civitati Lipsensi, 20,000 civitati Magdeburgensi, et 20,000 Marchiæ veteri credidit. Unde sequitur, Magnificum oratorem regium eandem et summam Neapolitanam, ab Illustri principe filio semel exsolutam, amplius petere non posse.

Petit deinde Magnificus regius orator omnia bona paraphernalia, quæ Illustris Domina Sophia ad inclitum maritum suum, principem Henricum juniorem, ex Polonia attulit, [et quæ] valuisse affirmat centum quinquaginta millia talerorum. At omnia bona paraphernalia, annumeratis etiam legato Transilvanico, et iis, quæ Illustris princeps Henricus junior conjugi suæ, Illustri Dominæ Sophiæ constante matrimonio donavit, quæ post obitum Illustris Dominæ Sophiæ inventa fuerunt, vix excedunt valorem 43,000 talerorum secundum æstimationem peritissimorum artificum, et hæc ipsa bona paraphernalia, defuncta Domina Sophia dulcissimis suis sororibus, reginis Poloniæ et Sueciæ, et nepti ex sorore Hedvigi, conjugi Illustris principis filii, in codicillis donavit. Ex quo palam est, Magnificum regium oratorem, bona ejusmodi paraphernalia ab Illustri Domino convento petere non posse. Notum etiam Magnifico regio oratori est, Illustrem Dominam Sophiam ex dono nuptiali, quod fuit 10,000 aureorum Ungaricorum, Generoso Domino Czarncovio inter vivos donasse 8,000 aureorum Ungaricorum, et nepoti ipsius ex fratre in codicillis residua duo millia aureorum Ungaricorum. Et quia nihilominus orator regius donum nuptiale petit, plus petit, quam petere debuit.

Hoc amplius, petit regius orator tertiam partem clenodiorum et vestium, quæ Illustri

Sophiæ, mortuo principe Henrico juniore, vigore pactorum dotalium debebatur. At Illustris Domina Sophia hæc omnia Illustri principi Henrico Julio inter vivos donavit, sicuti ea de re Magnifico regio oratori Magdeburgi firma et indubitata fides facta est.

Denique Magnificus regius orator ex pactis debita simul et poenam petit, quum tamen debita et poena conjunctim peti non possunt, ubi deest clausula: ut in pactis dotalibus. Atque ita clarum et perspicuum est, a Magnifico regio oratore multis modis plus peti, quam peti debebat. Libellus autem in quo plus petitur, quam peti debebat, male formatus dicitur, ac male concludens et sonans.

Tertio, libellus a Magnifico regio oratore oblatus, est intricatus, perplexus, obscurus, ex quo dici non potest, quid sibi orator velit, aut petat, aliis quoque vitiis refertus est. Intelligitur hoc ex multis partibus actionis institutæ, e quibus mandatarius Illustris principis Julii nonnullas duntaxat attinget. In 3 articulo dicitur, Illustrem Dominam Sophiam ampla bona paraphernalia ad Illustrem Henricum juniorem, piæ recordationis, attulisse, eaque fuisse valoris centum quinquaginta millium talerorum, nec ex hoc articulo constat, utrum orator regius ipsa bona, an vero valorem bonorum istorum repetere instituat. Et quamvis in articulo 13 postea rursus fiat mentio bonorum paraphernalium, tum etiam ex illo articulo intelligi non potest, an orator regius ipsa bona paraphernalia velit repetere, an valorem ipsorum. Et libellus, ut postea dicetur, conclusione justa destituitur, ita ut ex conclusione intentio regii oratoris deprehendi non possit. Non satis etiam ex libello constat, utrum regius orator omnia bona paraphernalia, quæ in ducatum Brunsvicensem adducta fuerunt, a principe Julio petat, an vero tantum, quæ ex bonis paraphernalibus post mortem Illustris Sophiæ superfuerunt, et in hæreditate inventa fuerunt. Eodem modo dotis fit mentio et summæ Neapolitanæ, nec in specie exprimitur, utrum integra dos, et integra summa Neapolitana debeant solvi, an vero id tantum, quod ex dote et summa Neapolitana in hæreditate defunctæ Sophiæ relictum fuit. Libellus autem clarus esse debet, apertus et perspicuus, ex quo intelligi potest intentio libellantis.

Quarto, Magnificus regius orator, ex conventione, sive pactione, inita inter Serenissimum regem Poloniæ, Sigismundum Augustum, et Illustrem principem Henricum juniorem, dotem, summam Neapolitanam, pecuniam civitatibus creditam, paraphernalia, et reliqua omnia in libello specificata, ab Illustri principe Julio, hærede et successore principis Henrici junioris, petit. Et hæc una et sola causa in libello prætenditur. Illustris autem princeps Julius, istorum omnium nomine quæ petuntur, ex conventione sive pactione conveniri non potest, quod ad hunc modum clare ostenditur. Princeps Julius, post obitum dulcissimi parentis sui, principis Henrici junioris, Illustri Dominæ Sophiæ in parata pecunia dotem solvit, itemque summam Neapolitanam, et pro dote ac summa Neapolitana centum millia talerorum numeravit; ex qua pecunia Illustris postea Domina Sophia 30,000 talerorum Lipsensi, 20,000 civitati Magdeburgensi, et 20,000 Marchiæ credidit, residuo in alios usus converso, ita ut post ejus obitum circiter 13,000 talerorum in auro, argento, in arce Schoningensi duntaxat inventa fuerunt. Semel igitur dote soluta, itemque summa Neapolitana, amplius dotis, et summæ Neapolitanæ nomine, princeps Julius non recte convenitur, quum per solutionem a dote et summa Neapolitana fuerit liberatus. Solutione ejus quod debetur, tollitur omnis obligatio. Et idcirco sperat mandatarius Illustris Julii principis, Illustrissimos

principes electores Magnificum regium oratorem a limine judicii repulsuros, ideque ut faciant quam humillime rogat.

Non recte deinde ab Illustri principe Julio vigore conventionis, pactis dotalibus insertæ, petuntur bona paraphernalia. Etenim Illustris Domina Sophia, jure pactisque dotalibus hoc ipsi permittentibus, codicillos fecit, in iisque duas partes bonorum paraphernalium Serenissimis reginis Poloniæ et Sveciæ, sororibus suis amantissimis assignavit, et partem tertiam Hedvigi, conjugi Illustris Julii principis dedit, ex quo apparet, Magnificum regium oratorem, ex pacto inter regem Poloniæ, Sigismundum Augustum, et principem Henricum juniorem inito, bona paraphernalia defunctæ Dominæ Sophiæ petere non posse.

Similiter non recte petitur donum nuptiale 10,000 aureorum Ungaricorum, idcirco quod Illustris Domina Sophia donum nuptiale dedit Generoso Domino Czarncovio, et nepoti ipsius ex fratre, sicuti patet ex instrumento donationis in arce Schoningensi 24 aprilis, anno 1573 confecto, et a principe Sophia sigillato, ac Magdeburgi 23 novembris, anno 1583 Dominis commissariis et Magnifico regio oratori exhibito. Et ex his consequenter intelligitur, ab Illustri principe Julio pœnam, quasi contra pactum inter Sigismundum Augustum regem, et principem Henricum juniorem initum, venerit, peti non posse. Et si forte Magnificus regius orator dicere voluerit, Illustrem principem Julium contra pacta non solvisse pecuniam civitatibus creditam, quam Posnaniæ procuratoribus regiis tradere debuisset, ideoque incidisse in pœnam pactis dotalibus comprehensam, nihil Magnificus regius orator hac allegatione efficiet; pecunia enim illa extra ditionem Brunsvicensem fuit ante translata, et ob id Illustris princeps Julius, etiam vigore pactorum dotalium, non fuit obligatus dictam pecuniam Posnaniam transmittere, et procuratoribus regiis tradere, sicuti hac de re infra latius dicetur: atque ita de hac re liquet, causam agendi, a Magnifico regio oratore in libello expressam, non esse idoneam causam, ex qua Illustris Julius princeps a Magnifico regio oratore conveniri possit, ut quæ apud Celsitudinem ipsius ex hæreditate defunctæ Dominæ Sophiæ exstant, restituat. Libellus autem, in quo non ponitur idonea, apta, et concludens agendi causa, non procedit, sed male formatus dicitur.

Quinto, libellus a Magnifico regio oratore oblatus, conclusione justa et legitima caret, quod ad visum inspecto libello constat. Inde quoque sequitur, libellum a Magnifico regio oratore exhibitum male esse formatum. Cum autem juris manifesti sit, quod judex libellum male formatum non debeat admittere, sed lacerare; idcirco mandatarius Illustris Julii principis quam humillime petit, ut Illustrissimi Domini electores libellum a Magnifico regio oratore exhibitum rejiciant, et Illustrem suum principem ab observatione judicii absolvant, regio oratore in expensas condemnato.

Quodsi tamen hisce omnibus non obstantibus, mandatarius Illustris principis Julii ulla ratione videri posset obstrictus ad libellum, a Magnifico regio oratore exhibitum respondere, quod tamen non concedit, non præcedente judiciali sententia, tunc protestationibus et petitionibus præmissis, salvis, reservat principi suo omnia jura, privilegia et immunitates, quæ ex juris civilis et pontificii præscripto, vel etiam ex receptissima judiciorum consuetudine, reis conventis data, tributa, concessa, et quacunque ratione inculta sunt, eaque principi suo semper salva, et manere, et esse vult, de quo in meliori forma protestatur.

Contestatur deinde in eventum litem negatione negans, narrata prout narrantur, posita prout ponuntur, vera esse. Et ad declarandam hanc negativam litis contestationem, ad singulos articulos, sive positiones, distincte, clare et perspicue, prout jure cautum est, salvo tamen jure impertinentium, et non admittendorum, ad subsequentem modum respondet.

Primum articulum mandatarius Illustris principis Julii credit esse verum.

Secundum articulum itidem credit esse verum.

Quæ in tertio articulo de supellectili, auro facto, gemmis, clenodiis, vestibus, ornamentis dicuntur, mandatarius vera esse credit; quod autem valor prædictarum rerum omnium ad centum et quinquaginta millia talerorum excreverit, verum esse mandatarius non credit. Etsi maxime verum esset, nihil tamen hoc ad principem Julium spectat, qui ad valorem prætensum non cogitur respondere, nec de illatis in ducatum Brunsvicensem, et abalienatis, nec in defunctæ principis hæreditate relictis, ullam rationem reddere.

Quartum articulum mandatarius Illustris Julii principis non credit esse verum; licet enim Illustri Dominæ Sophiæ ex regno Neapolitano 50,000 ducatorum Neapolitanorum obvenerint; tamen pecunia illa Illustri Dominæ Sophiæ per Serenissimum regem Poloniæ dotalis muneris nomine data non fuit.

Ad quintum articulum quod attinet, verum credit mandatarius Illustris principis Julii, Illustrem Dominam Sophiam, defunctam, accepisse legatum a Joanne Sigismundo, principe Transilvaniæ, sibi relictum. Non autem credit verum, Serenissimum regem Poloniæ, Sigismundum Augustum, legatum illud Transilvanicum defunctæ Sophiæ misisse, multo minus verum credit mandatarius quod legatum Transilvanicum fuerit valoris 20,000 talerorum.

Sextum articulum eatenus mandatarius verum esse credit, quatenus ille articulus cum verbis pactorum matrimonialium consentit.

Septimus articulus ad pacta matrimonialia se refert, ideoque mandatarius articulum verum esse credit, quatenus cum pactis matrimonialibus concordat.

In octavo articulo agitur de dono nuptiali, et credit mandatarius verum, quod Illustris princeps Henricus junior Illustri Dominæ Sophiæ doni nuptialis nomine dederit decem millia ducatorum. Credit etiam verum esse, quod Illustris Domina Sophia habuerit plenam facultatem disponendi de dono nuptiali, pro suo arbitrio, et idcirco donum nuptiale dederit Generoso Domino Czarncovio, et nepoti ipsius ex fratre.

Nonum articulum mandatarius non credit verum, quum articulus ille etiam pugnet cum articulo 13. Nec credere potest mandatarius verum, pactis dotalibus fuisse cautum, ut tertia pars vestium et clenodiorum Henrici junioris Dominæ Sophiæ cederet. Simul etiam verum esse credit, quod Illustris Domina Sophia tertiam partem vestium et clenodiorum defuncti Henrici junioris, Henrico Julio, filio Illustris Julii principis inter vivos donavit.

Circa decimum articulum mandatarius non credit esse verum, pactis matrimonialibus cautum esse, aut cautum unquam fuisse, ut intestata defuncta Domina Sophia, omnia, quæ ipsa in ducatum Brunsvicensem attulisset, ad reges Poloniæ spectarent. Sed potius credit mandatarius verum, pacta dotalia Dominæ Sophiæ hanc potestatem concedere, ut de rebus suis pro suo arbitrio posset disponere in vita et in morte. Ex quo sequitur, ejus dispositionem in vita, vel in morte factam, obser-

vandam esse, quamvis intestata decessisset, et testamentum ullum post se reliquisset.

Undecimum articulum mandatarius non credit verum, nam illorum bonorum, de quibus Domina Sophia in vita, vel morte, pro suo arbitrio disposuit, legitimus successor Serenissimus rex Poloniæ non est, quamvis Illustris Domina Sophia absque testamento decessisset.

Duodecimum articulum mandatarius non credit verum, sed potius verum esse credit, quod Illustris princeps Julius ex conventione, sive pactione, inter Serenissimum regem Poloniæ, Sigismundum Augustum, et principem Henricum juniorem inita, conveniri non possit: princeps enim Julius dotem restituit, et summam Neapolitanam, ideoque amplius ad restitutionem dotis, et Neapolitanæ summæ non tenetur. Et paraphernalia, et alia, quæ Illustris Domina Sophia reliquit, ex dispositione Illustris Dominæ Sophiæ ad alios spectant, ideoque princeps Julius non fuit obligatus Serenissimo regi Poloniæ illa restituere; sicuti nec obligatus fuit procuratoribus regiis pecuniam civitatibus creditam Posnaniæ tradere, quum pecunia illa in ditione Brunsvicensi non fuerit.

Ad decimum tertium articulum quod attinet, verum non credit mandatarius Illustris Julii principis, quod princeps Julius contra pacta fecerit. Nam Celsitudo ipsius non fuit obstricta dotem et summam Neapolitanam Serenissimo regi restituere, posteaquam Celsitudo ipsius viventi adhuc et acceptanti Dominæ Sophiæ semel dotem restituit, et summam Neapolitanam exsolvit. Sed et in bonis paraphernalibus et reliquis ab Illustri Domina Sophia relictis, Serenissimus rex Poloniæ nihil juris habet, quum Illustris Domina Sophia illa omnia ad alios transtulerit. Et pecunia civitatibus credita, in ditione Brunsvicensi non fuit, et idcirco Illustris princeps Julius non potuit illam Posnaniæ procuratoribus tradere. Non credit etiam mandatarius verum, quod Illustris Domina Sophia, supra dotem et summam Neapolitanam, in pecunia parata 00,000 talerorum unquam habuerit, multo minus, quod post mortem suam reliquerit. Sed verum esse credit, quod pecunia civitatibus Lipsensi et Magdeburgensi, atque Marchiæ veteri credita, sumpta fuerit ex pecunia, quam nomine dotis et summæ Neapolitanæ Illustris princeps Julius Dominæ Sophiæ post mortem principis Henrici junioris patris sui solvit.

Quod princeps Julius arcem Schoningensem et Jerxensem post obitum Dominæ Sophiæ occupavit, ut in articulo 14 dicitur, mandatarius verum esse credit. Credit quoque verum, principem Julium, ut unicum patris filium, principem successorem, et dominum, optimo jure dictas arces occupasse. Ipse enim dotem Illustri Dominæ Sophiæ statim post obitum Illustris parentis Henrici junioris solvit, qua solutione facta, donatio propter nuptias non amplius fuit debita, et pro dote et donatione propter nuptias, dictæ arces fuerunt hypothecatæ. Ex quo sequitur, dote soluta, atque ita donatione propter nuptias extincta, hypothecarium jus evanuisse, et idcirco recte fecisse Illustrem principem Julium, quod dictas arces occupavit, quas etiam vivente adhuc Illustri Domina Sophia jure occupare potuisset, ut in reconventione, sive mutua petitione, latius dicetur. Non credit autem mandatarius verum, quod Illustris princeps Julius non ante debuisset dictas suas arces occupare, quam ipse dotem, summam Neapolitanam, cum aliis Serenissimo regi Poloniæ restituisset, et quidem Posnaniæ tradidisset. Etenim Illustris Julius princeps non fuit obstrictus amplius dotem restituere, posteaquam Celsitudo ipsius post mortem parentis, Illustris Henrici junioris, Dominæ Sophiæ dotem et summam Neapolitanam

solvit. Et in paraphernalibus a Domina Sophia relictis, Serenissimus rex Poloniæ nihil juris habet, quum Illustris Domina Sophia paraphernalia omnia, sicuti etiam donum nuptiale, aliis donaverit, cujus rei potestatem habuit, etiam pactis dotalibus hanc potestatem tribuentibus. Et pecunia, quæ civitatibus et Marchiæ veteri ab Illustri Domina Sophia credita fuit, in ditione Brunsvicensi non fuit, et et id Illustri principi Julio non incubuit necessitas, dictam pecuniam Posnaniæ procuratoribus regiis tradendi. Ex quibus consequenter apparet, Serenissimum regem Poloniæ spoliatum non esse, nec quidem potuisse spoliari. Is spoliari enim dicitur, qui in possessione alicujus rei fuit. At Serenissimus rex Poloniæ nunquam fuit in possessione arcium, Schoningensis et Jerxensis: non igitur potest dici, Serenissimum regem Poloniæ spoliatum esse. Hoc etiam superioribus consequens est, proventus annuos arcium, Schoningensis et Jerxensis, peti non posse, quum principi Julio non incubuerit necessitas dotem cum summa Neapolitana Posnaniæ solvere, simul dote et summa Neapolitana exsolutis, qua solutione facta, pacta dotalia, quæ ad principem Julium, evanuerunt, maxime quum in reliquis omnibus ab Illustri Domina Sophia relictis, propter dispositionem a Domina Sophia factam, Serenissimus rex Poloniæ nihil habuerit juris, et pecunia civitatibus et Marchiæ veteri credita, in ditione Brunsvicensi non exstiterit.

In articulo 15 agitur de interesse pecuniarum civitatibus Lipsensi, et Magdeburgensi, et Marchiæ veteri creditarum, et mandatarius Illustris principis Julii verum non credit, quod Illustris princeps Julius ad ullum interesse solvendum teneatur. Vera quoque non credit mandatarius, quæ in 16 articulo posita sunt. Sic quod de poenis dicitur in articulo 17 mandatarius verum non credit, sed credit quod pœnæ nullæ ab Illustri principe Julio peti possint.

Ad postremum articulum quod attinet, credit mandatarius Julii principis libellum male formatum, et multis vitiis suppositum esse, ideoque dictum libellum nunquam admitti, sed principem suum, sicuti ante petitum est, ab instantia, sive observatione judicii cum refusione expensarum absolvi debere.

XXXVI.

Articuli defensionales et elisivi.

Quum reis conventis jura permittant, ut ad repellendam, et elidendam intentionem actoris defensionales producere possint, mandatarius Illustris Julii principis in medium affert sequentes articulos defensionales, et elisivos, petens ut Magnificus regius orator, singulis articulis, et positionibus, singulariter claris, aptis et perspicuis verbis, hisce nimirum, credit verum, aut non credit verum respondeat. Et si præter expectationem Magnificus regius orator nonnullos articulos veros esse non crediderit, paratus est mandatarius Illustris Julii principis veritatem illorum per testes, per instrumenta, per juramenti delationem docere et probare, omni superfluitate, de quo protestatur, seposita ac remota, quam humillime petens, se ad probationem articulorum negatorum admitti.

1. Primum mandatarius Illustris Julii principis, ducis Brunsvicensium et Luneburgensium, ponit et dicit verum esse, Illustrem principem Julium statim post mortem Illustris parentis, Henrici junioris, Illustri Dominæ Sophiæ volenti, et acceptanti, dotem, quam ipsa ad dictum Illustrem principem, Henricum juniorem maritum suum, attulerit, solvisse, nimirum 32,000 aureorum Ungaricorum.

2. Item ponit et dicit esse verum, Illustrem Julium principem, statim post mortem Illustris parentis, Henrici junioris, Illustri Dominæ Sophiæ itidem summam Neapolitanam exsolvisse, nimirum 52,000 talerorum.

3. Item ponit et dicit esse verum, Illustrem suum principem, dotis et summæ Neapolitanæ nomine Illustri Dominæ Sophiæ solvisse 100,000 talerorum.

4. Item ponit et dicit esse verum, Illustrem Dominam Sophiam de pecuniis sibi solutis, utpote propriis suis bonis, suo arbitratu, ex concessione juris et pactorum libere disponere potuisse, et ideo consequenter civitati Lipsensi 30,000 talerorum et civitati Magdeburgensi 20,000 talerorum et Marchiæ veteri 20,000 talerorum credidisse.

5. Item ponit et dicit verum esse, Illustrem Dominam Sophiam, post exsolutam sibi dotem et summam Neapolitanam, una vice in parata pecunia nobili viro Christophoro a Streinhorst donasse 10,000 talerorum.

6. Item ponit et dicit verum esse, Illustrem Dominam Sophiam, post exsolutam sibi dotem, et summam Neapolitanam, a civitate Magdeburgensi emisse ad tempus vitæ domum pro 4,000 aureorum Misnensium.

7. Item ponit et dicit verum esse, quod Illustris Domina Sophia, Serenissimæ suæ sorori Annæ, post solutam sibi a principe Julio dotem, et summam Neapolitanam, miserit 3,000 aureorum Ungaricorum.

8. Item ponit et dicit esse verum, quod Illustris Domina Sophia, post solutam sibi a Julio principe dotem, et summam Neapolitanam, Reverendissimo episcopo Posnaniensi, Adamo Konarski, dederit 1,000 aureorum Ungaricorum.

9. Item ponit et dicit esse verum, Illustrem Dominam Sophiam, post dotem sibi solutam, itemque summam Neapolitanam, emisse villam ..... sub pacto retrovenditionis 4,000 talerorum, et totum jus suum, per donationem inter vivos, in Illustrem conjugem Julii principis transtulisse.

10. Item ponit et dicit esse verum, quod Illustris Julius princeps, dote et summa Neapolitana exsoluta, a dotis et summæ Neapolitanæ exsolutione fuerit liberatus.

11. Item ponit et juris esse dicit, quod solutione ejus quod debetur, omnis obligatio tollitur.

12. Item ponit et dicit esse verum, quod idcirco ab Illustri principe Julio dos semel exsoluta, itemque summa Neapolitana, amplius peti non possint, quum bonæ fidei contrarium sit, ut idem bis exigatur.

13. Item ponit et dicit esse verum, licet Domina Sophia liberam de suis bonis disponendi potestatem habuerit, tamen etiam in instrumentis dotalibus, quorum copiam Magnificus regius orator exhibuit, specialiter provisum esse, ut Illustris Domina Sophia de omnibus bonis paraphernalibus, auro facto, infecto, clenodiis, gemmis, et aliis, pro suo arbitrio, libito et voluntate, in vita et morte, prout voluerit, et visum ipsi fuerit, libere disponere posset.

14. Item ponit et dicit esse verum, Illustrem Dominam Sophiam voluisse, ut post mortem ipsius, omnia bona paraphernalia, aurum factum, infectum, clenodia, gemmæ, et reliqua omnia, ad dulcissimas sorores, Annam et Catharinam, reginas Poloniæ et Sveciæ, et neptem ex sorore Hedvige, electorissa Brandeburgica, charissimam Hedvigem, conjugem Illustris Julii principis,

ex æquis partibus pervenirent.

15. Item ponit et dicit esse verum Illustrem Dominam Sophiam hanc suam voluntatem scripto comprehendisse, idque scriptum propria manus subscriptione, et sigilli appositione munivisse.

16. Item ponit et dicit esse verum, Illustrem Dominam Sophiam omnia bona paraphernalia verbis generalibus et universalibus, sororibus, et nepti suæ charissimis reliquisse et donasse.

17. Item ponit et dicit esse verum, sub verbis generalibus et universalibus omnia comprehendi, quæ quacunque ratione, et quocunque modo in verba generalia et universalia cadere possint.

18. Item ponit et dicit esse verum, et inde necessario effici, quod Illustris Domina Sophia, sororibus suis, et nepti amantissimis, non modo illa clenodia, aurum, gemmas, vestes, et reliqua omnia, quæ ipsa secum ex Polonia attulit, verum etiam omnia alia clenodia, quæ ipsi a defuncto marito, principe Henrico juniore, donata, vel testamento Joannis Sigismundi, principis Transilvaniæ, assignata et attributa fuerunt, appropriaverit, dederit et donaverit.

19. Item ponit et dicit esse verum, et necessario inde consequi, quod Magnificus regius orator, paraphernalia bona, aurum factum, infectum, clenodia omnia, undecunque quæsita fuerint, gemmas, vestes, et alia ejus generis, tanquam ad Serenissimum et potentissimum Poloniæ regem spectantia, vindicare ac petere nullo modo possit.

20. Item ponit et dicit esse verum, quod Illustris Domina Sophia de clenodiis ex Polonia adductis plurima inter vivos alienaverit: cognatis, puellis nobilibus, pueris, quos e sacro fonte levavit, eorumque parentibus, sponsoribus, et aliis, ipsam Dominam Sophiam visitantibus, multa dederit, ac crebris donationibus et largitionibus bona paraphernalia non parum exhauserit.

21. Item ponit et dicit esse verum, quod omnia bona paraphernalia, omnia clenodia, post mortem Illustris Sophiæ relicta, computatis etiam legato Transilvanico et iis, quæ ad ipsam a marito, principe Henrico juniore, pervenerunt, vix valorem 43,000 talerorum secundum æstimationem peritissimorum artificum attingunt.

22. Item ponit et dicit esse verum, Illustri Dominæ Sophiæ in instrumentis matrimonialibus hanc facultatem et potestatem datam esse, ut de dono nuptiali ad voluntatis suæ placitum libere disponere posset.

23. Item ponit et dicit esse verum, quod Illustris Domina Sophia de dono nuptiali, quod fuit 10,000 aureorum Ungaricorum, Generoso Domino Stanislao Sandivogio a Czarnkow, optime de se merito, et plurimas itinerum difficultates ipsius Celsitudinis causa perpesso, dederit 8000 aureorum Ungaricorum, et reliqua duo millia aureorum Ungaricorum nepoti ipsius ex fratre.

24. Item ponit et dicit esse verum, et ex his satis apparere, quod Magnificus regius orator donum nuptiale, quasi Serenissimo regi Poloniæ debitum, nullo jure petat.

25. Item ponit et dicit esse verum, Illustrem Dominam Sophiam tertiam partem vestium et clenodiorum, quæ Celsitudini ipsius post mortem incliti mariti, Illustris principis Henrici junioris, secundum dispositionem instrumentorum matrimonialium debebatur, Reverendissimo et Illustrissimo principi Henrico Julio, episcopo Halberstadensi, administratori Mindensi, duci Brunsvicensi et Luneburgensi, spontanea et libera voluntate, ad ostendendum animum et

benevolum animum erga pronepotem suum, inter vivos donasse.

26. Item ponit et dicit esse verum, et ex eo consequi, quod Magnificus regius orator tertiam partem vestium et clenodiorum principis Henrici junioris petere non possit.

27. Ulterius mandatarius Illustris Julii principis rei conventi, ponit et dicit esse verum, Schoningensem et Jerxensem arces, cum omnibus ad dictas arces pertinentibus hypothecatas fuisse pro dote et donatione propter nuptias Illustris Dominæ Sophiæ, quemadmodum ex instrumentis matrimonialibus per Magnificum regium oratorem exhibitis videre licet.

28. Item ponit et dicit esse verum, jus hypothecarium solvi et extingui, soluto et extincto jure, ex quo jus hypothecarium pendebat.

29. Item ponit et dicit esse verum, Illustrem principem Julium post mortem incliti et Illustris parentis sui, Henrici junioris, dotem solvisse, et solvere potuisse.

30. Item ponit et dicit esse verum, quod dote soluta, donatio propter nuptias statim extincta fuerit.

31. Item ponit et dicit esse verum, Illustrem Dominam Sophiam, dote statim post mortem incliti mariti, principis Henrici junioris, recepta, nihilominus arcem Schoningensem et Jerxensem, cum omnibus pagis, et aliis ad ipsas arces spectantibus, toto vitæ tempore possedisse, et omnibus illis bonis ad placitum et voluntatem suam usam esse.

32. Item ponit et dicit esse verum, et ex superioribus necessario consequens, quod dote soluta, atque ita donatione propter nuptias statim extincta, ipsum jus hypothecarium evanuerit.

33. Item ponit et dicit esse verum, quod jure hypothecario extincto et sublato, Illustris princeps Julius optimo jure arces suas, Schoningensem et Jerxensem, proprias, et in ditione sua ac territorio immediate sitas, statim, Illustri Domina Sophia adhuc vivente, occupare potuisset.

34. Item ponit et dicit esse verum, et inde necessario consequens, quod Illustris Julius princeps conventus, multo magis post mortem Illustris Dominæ Sophiæ arces, Schoningensem et Jerxensem, suas proprias, et in ditione ac territorio suo immediate sitas, optimo jure occupavit, et occupare potuit.

35. Item ponit et dicit esse verum, quod occupatio arcium, Schoningensis et Jerxensis, ab Illustri principe Julio post mortem Illustris Dominæ Sophiæ, et solutione dotis facta, non propterea illicita aut injusta videri potest, quod Illustris Julius princeps, non restitutis Serenissimo et potentissimo actori iis, quæ a Domina Sophia relicta fuerint, possessionem prædictarum arcium ingressus est.

36. Nam mandatarius ponit et dicit esse verum, et ex superioribus constare, quod Illustris princeps Julius viventi adhuc Illustri Dominæ Sophiæ dotem et summam Neapolitanum solverit.

37. Item ponit et dicit verum esse, et ex superioribus similiter constare, quod bona parapherналia omnia, clenodia, vestes, gemmæ, et reliqua ejus generis, item legatum Transilvanicum, et quæ Illustri Dominæ Sophiæ ab inclito marito, Henrico juniore, donata fuerunt, item donum nuptiale, et tertia pars vestium et clenodiorum principis Henrici junioris ad Serenissimum et potentissimum regem Poloniæ non spectant.

38. Item ponit et dicit esse verum, quod idcirco apud Illustrem principem Julium post mortem Illustris Dominæ Sophiæ nihil fuerit, quod dictus Illustris princeps Serenissimo et

potentissimo regi Poloniæ restituere debuit, utpote dote et summa Neapolitana multo jam ante solutis, et reliquis a Domina Sophia relictis ad Serenissimum regem Poloniæ non spectantibus.

39. Item ponit et dicit verum esse, quod Illustris quidem Domina Sophia post mortem suam circiter 13,000 talerorum in auro et argento, in parata pecunia reliquit, item 70,000 talerorum apud civitates Lipsensem et Magdeburgensem, ac Marchiam veterem.

40. Item ponit et dicit verum esse, quod Illustris princeps Julius paratam pecuniam ab Illustri Domina Sophia relictam, in funus Illustris Dominæ Sophiæ impendit, et insuper de suo aliquot millia talerorum impendere coactus fuit.

41. Item ponit et verum esse dicit, quod idcirco Illustris princeps Julius pecuniam paratam ab Illustri Domina Sophia relictam non potuerit, neque debuerit restituere.

42. Item ponit et dicit esse verum, adversus eum qui petit successionem, aut bona, recte opponi exceptionem impensarum funebrium, quæ est exceptio litis finitæ.

43. Item ponit et dicit verum esse, quod Illustris princeps Julius pecuniam civitatibus Lipsensi et Magdeburgensi, itemque Marchiæ veteri creditam, quod illa extra ditionem Brunsvicensem fuerit, Posnaniæ procuratoribus regiis tradere non fuit obligatus.

44. Item ponit et dicit verum esse, et ex his omnibus consequens, Illustrem principem Julium, post mortem Illustris Dominæ Sophiæ, optimo jure arces suas proprias, in ditione ac territorio suo immediate sitas, Schoningensem et Jerxensem, occupasse, et occupare potuisse.

45. Item ponit et dicit verum esse, et inde consequenter effici, quod reditus dictarum arcium, Schoningensis et Jerxensis, post mortem Illustris Dominæ Sophiæ, a Julio principe justissime percepti fuerint, quodque Magnificus regius orator reditus illos a morte Illustris Dominæ Sophiæ perceptos inique petat.

46. Item ponit et dicit verum esse, ab Illustri principe Julio pœnam nullam, ob non factam restitutionem illorum, quæ Illustris Domina Sophia post se reliquit, peti posse.

47. Etenim nulla ibi debet esse pœna, ubi non est petitio justa, neque mora, neque delictum.

48. Item ponit et dicit verum esse, Illustrem principem Julium nihil deliquisse, nec ideo in mora fuisse, quod ab Illustri Domina Sophia relicta, Serenissimo et potentissimo regi Poloniæ non restituit.

49. Item ponit et dicit verum esse, dotem et summam Neapolitanam Illustri Dominæ Sophiæ statim post mortem incliti principis Henrici junioris solutam fuisse, et reliqua, quæ Illustris Sophia reliquit, potentissimo et Serenissimo regi non debuisse solvi, quum ad Serenissimum regem non spectant, sed ad alios, quibus Illustris Domina Sophia illa donavit.

50. Item ponit et dicit verum esse, pecuniam civitatibus et Marchiæ veteri creditam, extra ditionem fuisse Brunsvicensem et Luneburgensem, et ideo principem Julium non fuisse obstrictum ad pecuniam illam procuratoribus regiis Posnaniæ tradendam et solvendam.

51. Item ponit et dicit verum esse, a pœna, quamvis causam, etiam levissimam, injustam et coloratam excusare.

52. Item ponit et dicit esse verum, Illustrem principem Julium, etsi Celsitudo ipsius ex hæreditate Illustris Sophiæ nonnulla restituere debuisset, et potuisset, ad quod tamen, ut ex superioribus satis constat, Celsitudo ipsius non fuit obligata, gravissimas habuisse causas, ob quas,

deductis deducendis, a Domina Sophia relicta hactenus Serenissimo et potentissimo regi Poloniæ affini suo restituere non potuerit, nec debuerit.

53. Item ponit et dicit verum esse, Serenissimum et potentissimum regem Sveciæ, Joannem, ab Illustri principe Julio per literas et legatos petiisse omnia, quæ Illustris Domina Sophia reliquit.

54. Item ponit et dicit verum esse, Sacram Cæsaream Majestatem Illustribus principibus electoribus, Dominis Augusto duci Saxoniæ, Joanni Georgio marchioni Brandeburgico, ad postulationem Serenissimi regis Sveciæ mandasse, ut Illustrissimæ ipsorum Celsitudines interspictum regem Sveciæ, et Julium principem, amicabilem compositionem super iis, quæ a Domina Sophia relicta essent, tentarent, et si amicabilis compositio non procederet, jure controversiam dirimerent.

55. Item ponit et dicit esse verum, Annam, Serenissimam reginam Poloniæ, a principe Julio, suo et sororis Catharinæ reginæ Sveciæ nomine repetivisse omnia, quæ Illustris Domina Sophia post se reliquit.

56. Item ponit et dicit verum esse, Serenissimum et potentissimum regem Poloniæ, Stephanum, apud Sacram Cæsaream Majestatem per literas institisse, ut Sacra Cæsarea Majestas apud principem Julium efficeret, ut Celsitudo ipsius omnia ab Illustri Domina Sophia relicta restitueret Serenissimis reginis Poloniæ et Sveciæ.

57. Item ponit et dicit verum esse, Serenissimum regem Poloniæ, Stephanum, postea omnia, quæ Illustris Domina Sophia reliquit, a principe Julio petiisse, suæ Regiæ Serenitatis, et reginæ nomine, regina Sveciæ prorsus exclusa.

58. Item ponit et dicit verum esse, Serenissimum et potentissimum regem Poloniæ, Stephanum, tandem omnia a Domina Sophia relicta, suo nomine duntaxat, tanquam ad solam Regiam ipsius Serenitatem spectantia, petiisse, et adhuc petere.

59. Item ponit et dicit verum esse, Illustrem principem Julium a Serenissimo et potentissimo rege Poloniæ, affine suo, petiisse, ut Regia Serenitas Celsitudini ipsius caveret nomine indemnitatis, Regiam nimirum ipsius Serenitatem indemnem servaturam Julium principem adversus Serenissimum et potentissimum regem Sveciæ, Joannem, petentem omnia illa, quæ Illustris Domina Sophia post se reliquit.

60. Item ponit et dicit esse verum, Illustrem principem Julium ad hunc usque diem petitam a Serenissimo rege Poloniæ cautionem non potuisse obtinere.

61. Item ponit et dicit esse verum, quod idcirco Illustris princeps Julius Serenissimo et potentissimo regi Poloniæ, deductis deducendis, quæ a Domina Sophia fuerunt relicta, non potuerit restituere, nec debuerit.

62. Item ponit et dicit esse verum, et juris certi, quod duobus eandem rem, vel hæreditatem in solidum petentibus, possessor rem, vel hæreditatem istam restituere non teneatur, antequam ~~nam~~ ipsi indemnitatis cautio fuerit præstita, quamvis ipsi a judice injunctum fuerit, ut rem vel hæreditatem restitueret.

63. Item alias insuper causas adjiciendo ponit et dicit esse verum, Serenissimum et potentissimum regem Poloniæ petere omnia, quæ Illustris Domina Sophia reliquit.

64. Item ponit et dicit esse verum, omnia a Domina Sophia relicta, ad Serenissimum et potentissimum regem Poloniæ non pertinere.

65. Item ponit et dicit esse verum, Illustrem principem Julium Serenissimo et potentissimo regi Poloniæ nihilominus etiam præter debitum, studio gratificandi, et ostendendi animum amicum et benevolum, voluisse restituere, deductis deducendis, quæ Illustris Domina Sophia post mortem suam reliquit, si Serenissimus et potentissimus rex Illustri principi Julio cavisset, quod Regia ipsius Serenitas ad ea, quæ princeps Julius adversus Regiam ipsius Serenitatem habet, coram præfatis Illustribus principibus electoribus, Domino Augusto, et Domino Joanne Georgio, in jure respondere, et judicatum solvere vellet.

66. Item ponit et dicit esse verum, Serenissimum et potentissimum regem Poloniæ cautiones has, judicio sisti, et judicatum solvi, præstare recusasse.

67. Item ponit et dicit esse verum, et ex his omnibus luculenter constare, Illustrem principem Julium justissimis de causis motum, Serenissimo et potentissimo Domino affini regi Poloniæ ea, quæ ab Illustri Domina Sophia relicta fuerunt, non tradidisse, nec tradere potuisse vel debuisse.

68. Item ponit et dicit esse verum, et ex jam deductis simul constare, quod Serenissimi et potentissimi regis Poloniæ Magnificus regius orator multo plus petat, quam Magnificentia ipsius petere debebat.

69. Etenim Magnificus Dominus orator dotem, itemque summam Neapolitanam, semel soluta, iterum petit, quod jus et naturalis æquitas non patiuntur. Petit deinde orator regius bona paraphernalia, omnia clenodia, vestes, gemmas, legatum Transilvanicum, donum nuptiale, et tertiam partem vestium et clenodiorum inclyti principis Henrici junioris, quæ omnia tamen Illustris Domina Sophia, jure, consuetudine et instrumentis matrimonialibus hoc ipsi permittentibus, alienavit, et aliis donavit. Denique multa centena millia petit, pœnæ nomine, quum tamen pœnæ nullæ a principe Julio hic debeantur, neque peti possint, et alioquin juribus cautum sit, quod simul conventa et pœnæ peti nequeant.

70. Item mandatarius ponit et dicit esse verum, Magnificum regium oratorem scienter plus petentem, in pœnam plus petentium incidisse.

71. Item ponit et dicit esse verum, eum qui plus scienter petit, quam petere debebat, nec a petitione desistit, sed in ea perseverat, toto debito cadere.

72. Item ponit et dicit esse verum, Magnificum regium oratorem, præter pecuniam civitatibus, Lipsensi et Magdeburgensi, itemque Marchiæ veteri creditam, ex illis bonis, quæ Illustris Domina Sophia post se reliquit, nihil petere posse.

73. Item ponit et dicit esse verum, Illustrem Julium principem, gravibus de causis motum, 30,000 talerorum, quæ apud civitatem Lipsensem, item 20,000 talerorum, quæ fuerunt apud civitatem Magdeburgensem, a dictis civitatibus repetiisse.

74. Et has causas breviter exponendo ponit et dicit mandatarius Illustris Julii principis verum esse, quod Illustris Julius princeps, defunctum, seu exanime corpus Illustris Dominæ Sophiæ magnifice, splendide, et regaliter sepulturæ, ac terræ tradi curaverit.

75. Item ponit et dicit esse verum, Illustrem Julium principem ultra tredecim illa millia talerorum, quæ post obitum Illustris Dominæ Sophiæ in parata pecunia inventa fuerunt,

impendisse in funus circiter 7,000 talerorum.

76. Item ponit et dicit verum esse, Illustrem Dominam Sophiam non procul a civitate et arce Schoningensi, xenodochium exstruxisse, et mandasse, ut in dicto xenodochio pauperes conjuges duodecim alantur, iisque omnia necessaria subministrentur, et sacerdos proprius, qui dies noctesque pauperibus adsit, constituatur.

77. Item ponit et dicit esse verum, quod in xenodochio, ab Illustri Domina Sophia exstructo, ipsa Domina Sophia adhuc vivente, et post ejus obitum, item pauperes cum proprio sacerdote fuerint sustentati, et adhuc sustentantur.

78. Item ponit et dicit esse verum, ad sustentationem dictorum pauperum, et sacerdotis, itemque conservationem xenodochii certa summa capitali opus esse, eamque minorem octodecim millibus talerorum constitui non posse.

79. Item ponit et dicit esse verum, Illustrem Dominam Sophiam memorabili ac totam posteritatem exemplo constituisse, ut tempore fertilitatis in usum subditorum arcium Schoningensis et Jerxensis, pro quinque millibus talerorum frumentum coemeretur, quod tempore caritatis, eodem pretio, quo emptum esset, dictis subditis arcium Schoningensis et Jerxensis venderetur.

80. Item ponit et dicit verum esse, subditos arcium Schoningensis et Jerxensis fuisse et esse in possessione hujus juris, et pro utilitate ipsorum frumentum fuisse emptum viliori pretio, quod tempore caritatis eodem pretio, quo comparatum fuit, ipsis rursus fuit venditum.

81. Item ponit et dicit verum esse, Illustrem principem Julium, in sustentationem gynæcii et ministrorum defunctæ Dominæ Sophiæ, itemque in exsolutionem nonnullorum stipendiorum et debitorum 5,000 talerorum impendisse.

82. Item ponit et dicit esse verum, quod Illustris Domina Sophia voluerit, ut ex bonis suis ad academiam Juliam, quæ est in urbe Helmstadiensi, 6,000 talerorum pervenirent.

83. Item ponit et dicit esse verum, Illustrem Dominam Sophiam voluisse, ut ex bonis suis 2,000 talerorum ad templum et scholam Schoningensem ordinarentur.

84. Item ponit et dicit verum esse, Illustrem Dominam Sophiam sub sigillo, et propria manus subscriptione mandasse, ut Illustribus filiis et filiabus Julii principis, ex pecunia civitatibus credita solverentur 7,000 aureorum Ungaricorum.

85. Item ponit et dicit verum esse, Illustrem principem Henricum juniorem, ultra 10,000 talerorum impendisse, antequam ex regno Neapolitano summam Neapolitanum, cujus supra facta est mentio, consequi posset.

86. Item ponit et dicit verum esse, quod debita hæc omnia, in specie deducta, liquida, clara et apta sint, ideoque merito compensentur et deducantur ex pecunia civitatibus, et Marchiæ veteri credita, cum aliis supra memoratis deducendis.

87. Item ponit et dicit verum esse, quod Illustris Julius princeps propter causas jam expositas pecuniam civitatibus Lipsensi et Magdeburgensi creditam repetiverit, et illa ipsa pecunia in prædictos usus non sufficiat.

88. Item ponit et dicit verum esse, quod idcirco ex pecunia Marchiæ veteri credita, quæ adhuc apud Marchiam veterem exstat, id quod principi Julio, aut subditis ipsius debetur, merito deducitur.

89. Item ponit et dicit verum esse, quod ex his omnibus liquido appareat, Illustrem Dominum ducem Julium conventum, contra propositam actionem justissimo compensationis, deductionis et retentionis jure uti.

Hæc omnia, ut deductum est, quum ita vere sese habeant, mandatarius Illustris Julii
principis petit, Illustrem suum principem ab instituta actione absolvi, et Magnificum regium
oratorem in expensas, interesse et damna causata condemnari, petens super his omnibus et sin- 1.
gulis, juris et justitiæ administrationem.

XXXVII.

Reconventio mutuave petitio Illustris Julii principis.

Jure cautum est, ut reus conventus, si velit, actorem coram eodem judice, co-
ram quo ipse convenitur, reconvenire possit. Ita sacratissimus imperator Justinianus
rescripsit. Quum Papinianus, summi ingenii vir, in quæstionibus suis rite disposuerit,
non solum judicem de absolutione rei judicatæ, sed et ipsum actorem, si econtrario obnoxius
fuerit inventus, condemnare, hujusmodi sententiam, non solum roborandam, sed etiam agen- 2.
dam esse sancimus, ut liceat judici, vel contra actorem ferre sententiam, vel aliquid eum
daturum, vel facturum pronunciare, nulla ei opponenda exceptione, quod non competens 3.
judex agentis esse cognoscitur. „Cujus enim in agendo observat arbitrium, eum habere
et contra se judicem in eodem negotio non dedignetur." Et alibi idem imperator inquit:
„Sancimus, eum qui obnoxium arbitratur habere eum, qui contra se conventionem expo- 4.
suit, posse, non apud alium judicem, sed apud eundem judicem, apud quem ipse conveni
tur, mox a principio actorem convenire, et eundem esse judicem in utroque negotio." Et 5.
cum rescriptis Romanorum imperatorum consentiunt decreta pontificum, ut videre licet
tot titulis de mutuis petitionibus, in decretalibus et in decretis, ubi pontifex refert præ
dicta verba Justiniani imperatoris ad hunc modum: „Cujus in agendo quis observat arbitrium, 6.
eum habere etiam contra se judicem in eodem negotio non dedignetur, quia et leges seculi id
ipsum fieri præcipiunt." Recessus quoque Magdeburgensis et Francfurtiensis Illustri prin
cipi Julio mutuas petitiones permittunt. Quamobrem mandatarius Illustris Julii prin 7.
cipis, ducis Brunsvicensis et Luneburgensis, reconventionem, sive mutuam petitionem se
quentem contra Serenissimum et potentissimum regem Poloniæ instituit, postulatque
a Magnifico oratore regio, ut primum litem contestetur, postea singulariter singulis respon
deat, per verbum, credit verum, vel non credit. Et si forte regius orator, quod tamen a Magni- 8.
ficentia illius, quum juribus et æquitati contrarium sit, minime expectatur, ad reconven
tionem, sive mutuam petitionem Illustris Julii principis convenienter non responderit, man-
datarius Illustris Julii principis ab Illustribus principibus electoribus quam humillime
petit, ut ea, qua funguntur auctoritate et potestate, utantur, et Magnifico regio oratori, 9.
secundum præscriptum juris pontificii et cæsarei, nec non recessus Magdeburgensis et Francfordiensis,
mediante judiciali sententia injungant, ut quod ab Illustri Julio principe fieri sibi voluit,
ipsius Magnificentia Illustri Julio principi vicissim præstet, litem contestetur, et singula
riter singulis respondeat, quum absque cujusquam indignatione justum sit, ut quod quisque

juris in alterum statuerit, eodem ipse utatur, quemadmodum subinde laudatissimum imperatorem Alexandrum dixisse ferunt.

Mandatarius Illustris Julii principis offert se quoque ad probationem illorum, quæ a Magnifico regii oratore negata fuerint, non tamen ad ulla superflua obligatus esse vult, de quo protestatur.

1. Hac protestatione præmissa, juribusque, prerogativis et beneficiis omnibus, quæ reconvento reo jure, statuto, consuetudine, vel aliter indulta sunt, salvis, mandatarius Illustris Julii principis ponit et dicit esse verum, quod ea, quæ Illustri principi Julio atque aliis ex bonis Illustris Dominæ Sophiæ debentur, non tantum absolutionem et compensationem, aut retentionem mereantur, sed etiam in reconventionem, sive mutuam petitionem, merito deducantur, quum absolutio, vel retentio nihil aut parum juris absoluto conferat, et interdum compensationis ratio non sicut oportebat solida habeatur, et refusionem atque restitutionem rerum, quæ restitui debeant, nonnisi per reconventionem, sive mutuam petitionem reus assequi satis commode possit.

2. Item ponit et dicit esse verum, quod Illustri Dominæ Sophiæ, Illustris princeps Julius statim post mortem Illustris parentis, Henrici junioris, dotem solvit.

3. Item ponit et dicit esse verum, quod dote soluta, arces Scheningensis et Jerxensis pro dote, et contradote, sive donatione propter nuptias non fuerint amplius obligatæ, quum soluto principali, etiam accessoria, et hypotheca solvantur.

4. Item ponit et dicit esse verum, et in jure cautum, quod contrados, sive donatio propter nuptias, mulieri non debeat, nisi ubi dos est, et in bonis mariti manet.

5. Item ponit et dicit esse verum, quod ideo soluta per Illustrem ducem Julium dote, nihil amplius nomine contradotis, aut donationis propter nuptias debitum Illustri Dominæ Sophiæ fuerit, sed omnia dotis correlativa et accessoria simul fuerint sublata.

6. Item ponit et dicit verum esse, indeque necessario consequi, quod dicta Illustris princeps Sophia, cui jam ante dos erat reddita, sine ulla causa fructus arcium Scheningensis et Jerxensis, usque ad tempus mortis suæ perceperit.

7. Item ponit et dicit esse verum, quod ejusmodi fructus omnes tam percepti, quam qui percipi potuerunt, cum omni utilitate et interesse Illustri duci reconvento, Domino Julio, ex bonis relictis Illustris Dominæ Sophiæ debeantur, et restitui debeant, quæ etiam hac reconventione, sive mutua petitione, sic petuntur.

8. Item ponit et dicit esse verum, Illustrem ducem Henricum juniorem ad consequendam summam Neapolitanam, cujus supra facta est mentio, ultra decem talerorum millia impendisse, quæ inde, ut debita, ante omnia deduci, et successori ac filio unico ducis Henrici junioris [restitui debent].

9. Item ponit et dicit esse verum, Illustrem Dominam Sophiam sub scripto et sigillo suo voluisse et ordinasse, ut post mortem suam, omnia bona sua paraphernalia, aurum factum, infectum, clenodia, gemmæ, et reliqua omnia ad dulcissimas suas sorores, Annam Poloniæ, et Catharinam Sveciæ reginas, et ex sorore Hedvige, electrissa Brandeburgica, charissimam neptem Hedvigem, conjugem Illustris Julii principis reconvenien-

tis, ex æquis partibus pervenirent.

10. Item ponit et dicit esse verum, Illustrem Dominam Sophiam de dono suo nuptiali, quod fuit 10,000 aureorum Ungaricorum, Generoso Domino Stanislao Sandivogio a Czarnkow, optime de se merito, et plurimas itinerum difficultates ipsius Celsitudinis causa perpesso, 8,000 aureorum Ungaricorum, et reliqua duo millia aureorum Ungaricorum nepti ipsius ex fratre largitam esse.

11. Item ponit et dicit verum esse, Illustrem Dominam Sophiam in codicillis mancasse, ut ipsius servitoribus et ministris, virilis et feminini sexus, et præsertim Wilhelmo a Wangen, Ottoni a Rumin, Henrico Grethen, et uxori ipsius, Wolfgango a Marrik, et uxori ipsius, Bartholomeo Richio, Stanislao Sinthi, et Wolffgango Hasek, ex bonis a se relictis pro servitiis fideliter præstitis satisfieret.

12. Item ponit et dicit esse verum, quod Illustris Domina Sophia tertiam partem ves tium et clenodiorum, quæ Celsitudini ipsius post mortem Illustris principis Henrici junioris mariti sui secundum pacta dotalia debebantur, Reverendissimo et Illustrissi mo principi Henrico Julio, episcopo Halberstadiensi, administratori Mindensi, duci Brun swicensi et Luneburgensi, Domini principis Julii filio primogenito, inter vivos dona verit.

13. Item ponit et dicit esse verum, Illustrem Dominam Sophiam non procul a civitate Schoningensi xenodochium exstruxisse, et mandasse, ut in dicto xenodochio duodecim pau-peres conjuges cum proprio sacerdote alerentur, in quem usum ad minimum 18,000 ta-lerorum debentur.

14. Item ponit et dicit esse verum, quod in xenodochio ab Illustri Domina Sophia ex-structo, ipsa Domina Sophia adhuc vivente, et post ejus obitum, item pauperes cum proprio sacerdote fuerint sustentati, et adhuc sustentantur.

15. Item ponit et dicit esse verum, Illustrem Dominam Sophiam in usum subditorum Schoningensis et Jerxensis arcium, 5,000 talerorum ad coemendum frumentum ordinasse.

16. Item ponit et dicit esse verum, subditos arcium Schoningensis et Jerxensis fuisse et esse in posses sione hujus juris, et pro utilitate ipsorum frumentum fuisse emptum viliori pretio, quod tem-pore caritatis eodem pretio, quo comparatum fuit, ipsis rursus fuit venditum.

17. Item ponit et dicit esse verum, Illustrem Dominam Sophiam voluisse, ut ex bonis su is 6,000 talerorum ad academiam Juliam, quæ est Helmstadii, pervenirent.

18. Item ponit et dicit esse verum, Illustrem Dominam Sophiam voluisse, ut ex bonis suis duo millia talerorum ad templum et scholam Schoningensem assignarentur.

19. Item ponit et dicit esse verum, Illustrem Dominam Sophiam sub sigillo et propriæ manus subscriptione mandasse, ut Illustribus filiis et filiabus Illustris Julii principis reconvenienti, ex sua pecunia civitatibus credita, 7,000 aureorum Ungaricorum solverentur.

Quæ omnia, prout sigillatim specificata sunt, petit Illustris princeps ante omnia a Se renissimo et potentissimo rege, hæreditatis petitore, redintegrari, vel saltim ejus Serenitatem condemnari, ut dicta legata, donata, relicta, de petita successione deduci, et super his æter num Serenitati ipsius silentium imponi patiatur.

20. Item ponit et dicit esse verum, quod in funus Illustris Dominæ Sophiæ supra 13,000 talerorum in illius bonis inventa, Illustris Dominus princeps Julius conventus adhuc de suo circiter 7,000 talerorum animo non donandi, sed repetendi impenderit.

21. Item ponit et dicit esse verum, Illustrem ducem Julium conventum in sustentationem gynæcei, et ministrorum defunctæ Dominæ Sophiæ, itemque in exsolutionem nonnullorum debitorum et stipendiorum ultra 5,000 talerorum impendisse.

22. Item ponit et dicit esse verum, quod tales impensæ funebres et dictæ solutiones sint privilegiatæ, et ante omnia de bonis defunctæ deduci, et exsolvi debeant, et eas hac reconventione, sive mutua petitione, ex iis sibi refundi debere, Illustris Julius princeps jure postulat.

23. Hoc amplius mandatarius Illustris Julii principis ponit et dicit esse verum, Serenissimum et potentissimum regem Poloniæ, Sigismundum primum, piissimæ et felicissimæ recordationis, in uxorem duxisse Barbaram, Stephani comitis Scepusiensis et palatini Transilvaniæ unicam filiam.

24. Item ponit et dicit esse verum, Sigismundum primum, regem Poloniæ, cum Barbara Scepusiensi in parata pecunia accepisse in dotem ad minus 50,000 aureorum Ungaricorum.

25. Item ponit et dicit esse verum, Sigismundum, regem Poloniæ, cum Barbara conjuge plurima bona paraphernalia, clenodia, vestes, gemmas, et alia ejus generis accepisse.

26. Item ponit et dicit esse verum, et ex eo quod Barbara Stephani comitis Scepusiensis ditissimi unica filia fuit, et potentissimo regi Poloniæ nupsit, eique 50,000 aureorum Ungaricorum ad minus in dotem attulit, probabile esse, quod paraphernalia bona, clenodia, vestes, gemmæ et alia ejus generis, quæ Barbara Scepusiensis ad Sigismundum primum, regem Poloniæ, ultra dotem attulit, fuerint ad minus 20,000 aureorum Ungaricorum.

27. Item ponit ac dicit hoc idcirco eo probabilius esse, quod Magnificus orator regius in suo libello asseruit, Illustrem Dominam Sophiam ad principem Henricum juniorem attulisse 32,000 aureorum Ungaricorum, et præterea paraphernalia bona, quæ centum quinquaginta millia talerorum valuerint.

28. Item ponit et dicit verum esse, Sigismundum, regem Poloniæ, ex Barbara Scepusiensi filiam unicam Hedvigem suscepisse.

29. Item ponit et dicit verum esse, Barbaram Scepusiensem, filia Hedvige in lucem edita, paulo post, quum vix per triennium in matrimonio fuisset, ex hac ærumnosa vita evocatam esse.

30. Item ponit et dicit verum esse, quod Sigismundus primus, rex Poloniæ, filiam suam Hedvigem ex Barbara comitis Scepusiensis filia natam, Illustri principi Joachimo secundo, electori Brandeburgico, in matrimonium collocavit.

31. Item ponit et dicit verum esse, quod Sigismundus primus, rex Poloniæ, filiæ suæ Hedvigi in dotem dedit 32,000 aureorum Ungaricorum.

32. Item ponit et dicit verum esse, quod Hedvigis, filia Sigismundi primi, regis Poloniæ, eo tempore, quo Illustri principi Joachimo secundo in matrimonium data fuit, bonis paternis et maternis non renuntiavit.

33. Item ponit et dicit esse verum, Illustrem Dominam Sophiam, sororem consanguineam Hedvigis, eo tempore, quo elocata fuit, bonis paternis et quibuscunque aliis, maternis exceptis, renuntiasse, eamque renuntiationem Illustrem principem Henricum juniorem in specie approbasse, et sigilli sui appositione firmasse.

34. Item ponit verum, et in tractatu matrimoniali in specie cautum esse, ut altera die nuptiarum, Illustris princeps Henricus junior, et conjunx ipsius Illustris Domina Sophia bonis paternis et aliis quibuscunque, maternis exceptis, renuntiaret.

35. Item ponit et dicit verum esse, quod Joachimo secundo, electori Brandeburgico, ex Hedvige, filia Sigismundi, regis Poloniæ, procreata ex Barbara Scepusiensi, nati fuerint quatuor liberi: Sophia, Sigismundus, Elisabetha Magdalena, et Hedvigis.

36. Item ponit et dicit esse verum, quod Sophia, quæ nupta fuit Domino a Rosenberg, et Sigismundus, qui archiepiscopatum Magdeburgensem, et episcopatum Halberstadensem obtinuit, nullis relictis liberis, ex hac vita decesserint.

37. Item ponit et dicit verum esse, quod Elisabetha Magdalena et Hedvigis sorores adhuc beneficio divino subsunt.

38. Item ponit et dicit verum esse, Elisabetham Magdalenam principi Luneburgensi, Francisco Ottoni, piæ memoriæ, nuptam fuisse, et nunc viduam vitam agere.

39. Item ponit et dicit verum esse, Illustrem Dominam Hedvigem, sororem Elisabethæ Magdalenæ, Illustri principi Julio, duci Brunsvicensi et Luneburgensi, nuptam esse.

40. Item ponit et dicit esse verum, quod Sigismundus primus, rex Poloniæ, fuerit avus maternus Illustrium sororum Elisabethæ Magdalenæ et Hedvigis.

41. Item ponit et dicit esse verum, ad dictas Illustres sorores, Elisabetham Magdalenam et Hedvigem, conjugem Illustris Julii principis, spectare omnia, quæ Barbara, filia comitis Scepusiensis, palatini Transilvaniæ, conjunx Sigismundi primi, regis Poloniæ, avia Elisabethæ Magdalenæ et Hedvigis, post se reliquit.

42. Item ponit et dicit esse verum, quod idcirco ad Illustres sorores, Elisabetham Magdalenam et Hedvigem, inprimis spectat dos, quæ, ut supra dictum est, ad minus fuit 50,000 aureorum Ungaricorum, quam avia ipsarum Barbara Scepusiensis ad Sigismundum primum, regem Poloniæ, attulit.

43. Item ponit et dicit verum esse, quod ad Illustres sorores, Elisabetham Magdalenam et Hedvigem, omnia bona paraphernalia, clenodia, vestes, gemmæ, aurum factum, infectum, et reliqua omnia, quæ avia ipsarum Barbara Scepusiensis ad Sigismundum primum, regem Poloniæ, attulit, quæque 20,000 aureorum Ungaricorum fuerunt, similiter pertinent.

44. Item ponit et dicit esse verum, quod Sigismundo primo, rege Poloniæ vivente, ex dote, quam Barbara Scepusiensis ad Sigismundum primum, regem Poloniæ, attulit, itemque ex omnibus paraphernaliis, clenodiis, vestibus, gemmis, auro facto, infecto et reliquis omnibus, a dicta Barbara Scepusiensi ad Sigismundum primum allatis, nihil ne minimum quidem ad

Hedvigem filiam, aut neptes, Illustres sorores, Elisabetham Magdalenam, et Hedvigem, conjugem Illustris Julii principis, pervenerit.

45. Item ponit et dicit verum esse, quod Serenissimus et potentissimus rex Poloniæ, Sigismundus primus, amplissimas, et regias facultates, et plurima bona mobilia post se reliquit.

46. Item ponit et dicit verum esse, quod Sigismundus primus, rex Poloniæ, plurima etiam bona mobilia et immobilia in Polonia ac Lithuania, quæ Regiæ ipsius Serenitatis propria fuerunt, post obitum suum reliquerit.

47. Item ponit et dicit verum esse, Sigismundum Augustum, regem Poloniæ, filium Sigismundi primi, ex Bona Sforlia, secunda conjuge, post obitum Serenissimi parentis Sigismundi primi, sorori suæ Hedvigi, electrissæ Brandeburgicæ, ex bonis maternis, dote nimirum, quæ ad minus fuit 50,000 aureorum Ungaricorum, et bonis paraphernalibus, quæ 20,000 aureorum Ungaricorum fuerunt, nihil et ne minimum quidem restituisse.

48. Item ponit et dicit verum esse, Sigismundum Augustum, regem Poloniæ, post obitum Serenissimi sui parentis Sigismundi primi, sorori suæ Hedvigi, electrissæ Brandeburgicæ, etiam ex bonis paternis mobilibus et immobilibus Sigismundi primi, ne minimum quidem tradidisse.

49. Item ponit et dicit verum esse, Sigismundum Augustum, regem Poloniæ, universa bona, quæ Barbara Scepusiensis ad Serenissimum parentem Sigismundum primum, dotis, et bonorum paraphernalium nomine attulit, apud se retinuisse.

50. Item ponit et dicit verum esse, Sigismundum Augustum, regem Poloniæ, universa bona paterna, tam mobilia, quam immobilia, Sigismundi primi, regis Poloniæ, quæ ipsius propria fuerunt, apud se itidem retinuisse.

51. Item ponit et dicit verum esse, Illustrem principem electorem Joachimum secundum, marchionem Brandeburgensem, felicissimæ recordationis, apud Sigismundum Augustum, regem Poloniæ, et ipsum Poloniæ regnum, sæpius institisse, ut Illustri ejus Celsitudini eorum nomine, quæ Barbara Scepusiensis ad Sigismundum primum attulit, quæque a Sigismundo primo relicta fuerunt, satisfieret.

52. Item ponit et dicit esse verum, Sigismundum Augustum, regem Poloniæ, anno 1572, nullis liberis relictis, mortem cum vita commutasse.

53. Item ponit et dicit verum esse, quod Sigismundo Augusto, rege Poloniæ, sine liberis defuncto, universa bona mobilia et immobilia, quæ ipse rex vivus in Polonia et Magno ducatu Lithuaniæ possedit, quæque ad regem a parente ipsius Sigismundo primo pervenerunt, apud regnum Poloniæ et Magnum ducatum Lithuaniæ remanserunt.

54. Item ponit et dicit verum esse, quod ad bona immobilia, quæ rex Sigismundus Augustus in Polonia et Magno ducatu Lithuaniæ habuit, et possedit, quæque ad ipsum regem a parente ipsius Sigismundo primo pervenerunt, et apud regnum Poloniæ et Magnum ducatum Lithuaniæ, Sigismundo Augusto mortuo, remanserunt, sequentes arces, urbes, oppida, pagi, villæ, prædia et alia complura pertinent: Bielsk, Brańsk, Suraż, Tykocin, Knyszyn, Wysokie, Gródek, Nowy Dwór Biskupi, Łabno, Kotra, Indura, Nowy Dwór Szwieciekiego, Kierzniki, Kwasówka, Krimcza, Wolpa, Lubno, Drogi, Orzelaie, Olita, Dangi, Czmiry, Kormialów, Mokliszki, Żośle, Jurborg, Wola, Geranony, Szawle, Dobrin, Rakanciszki Gasztołowskie,

Rakanciszki od wojewody Wileńskiego frymarkiem za Tymbow Gasztołdowski, Grodno z dworem Horodnica, Krasnik, Skaperzyna, y z miejskiemi dochody, Jeziory, Milkowszczyzna, Krynki, Merecz, Olsko, Punie, Wilkowiszki, Perstun, Kowno, Pińsk, Kraby, Kurimiecz, Zelwa, Szereszów, Iszczołna, Siecłecz, Fyshow, Mięczyrzec, Sachowicze, Longielki, Bolniki, Opsa, Plotele, Jelsze, Polonga, Kretinga, Gorzcy, Kroże, Wiszewo, które król Jegomość do króż przyłączyć raczył, Lubiecz, Radoszkowicze, Mścisław, Wonacryn, Mosty, Wasiliszki, Myszagoła, Inturki, Kiernowo (1).

55. Item ponit et dicit verum esse, quod post mortem Sigismundi Augusti, ex universis bonis mobilibus et immobilibus, quæ Sigismundus Augustus rex Poloniæ, in Polonia et Lithuania habuit, tenuit, possedit, quæque a parente ipsius Sigismundo primo ad ipsum pervenerunt, extra regnum Poloniæ et Magnum ducatum Lithuaniæ nihil translatum fuerit.

56. Item ponit et dicit verum esse, quod regnum Poloniæ et Magnus ducatus Lithuaniæ etiam hodie prænominatas arces, urbes, oppida, pagos, villas, prædia, et universa bona mobilia et immobilia, quæ Sigismundus Augustus rex Poloniæ, habuit, tenuit, possedit, quæque a parente ipsius Sigismundo primo ad ipsum Sigismundum Augustum prævenerunt, habeant, teneant, possideant.

57. Item ponit et dicit verum esse, quod Sigismundo Augusto mortuo, proceres et Status regni Poloniæ et Magni ducatus Lithuaniæ ex munitissima arce Tykocin, ad minus 100,000 aureorum Ungaricorum acceperint, et in usus regni et Magni ducatus, contra protestationem ab Illustri Domina Sophia interpositam, converterint.

58. Item ponit et dicit esse verum, Serenissimum et potentissimum regem Poloniæ Stephanum, victorem et triumphatorem Moschoviticæ gentis gloriosissimum, legitimum esse in regno Poloniæ et Magno ducatu Lithuaniæ successorem.

59. Item ponit et dicit verum esse, Serenissimum et potentissimum regem Poloniæ Stephanum habere, obtinere, possidere regnum Poloniæ et Magnum ducatum Lithuaniæ, et proinde in omnibus literis se regem Poloniæ et Magnum ducem Lithuaniæ scribere.

60. Item ponit et dicit verum esse, Serenissimum et potentissimum regem Poloniæ Stephanum, tanquam legitimum successorem in regno Poloniæ et Magno ducatu Lithuaniæ, petere a principe Julio ea, quæ Illustris Domina Sophia, soror Sigismundi Augusti, regis Poloniæ, et conjunx Illustris quondam principis Henrici junioris, ducis Brunsvicensium et Luneburgensium, post se reliquit.

61. Item ponit et dicit verum esse, et ex his consequi necessario, quod Serenissimus et potentissimus rex Poloniæ Stephanus teneatur quoque respondere ad omnia illa, quæ Illustribus sororibus, Elisabethæ Magdalenæ et Hedvigi, conjugi Illustris principis Julii, ex regno Poloniæ et Magno ducatu Lithuaniæ debentur.

62. Item ponit et dicit verum esse, et ex superioribus consequi necessario, quod Serenissimus et potentissimus rex Poloniæ Stephanus obstrictus et obligatus sit, Illustribus sororibus, Elisabethæ Magdalenæ et Hedvigi, restituere dotem cum omnibus bonis paraphernalibus, quæ

XXXVII.

(1) Tego spisu dóbr królewskich wyrzuciliśmy kilka nazwisk, tak przekręconych bądź przez kopistę, bądź przez pełnomocnika xięcia Juliusza, że ich nie podobna było sprostować.

Barbara Scepusiensis, avia ipsarum, ad Sigismundum primum, regem Poloniæ, attulit.
63. Item ponit et dicit verum esse, et ex superioribus necessario consequi, quod Serenissimus et potentissimus rex Poloniæ Stephanus obstrictus et obligatus sit, Elisabethæ, Magdalenæ et Hedvigi, ex bonis avitis Sigismundi primi, tam immobilibus, quam mobilibus, restituere justam et legitimam portionem, quam mater ipsarum Hedvigis, electorissa Brandeburgica, si vixisset, ex bonis parentis sui, Serenissimi et potentissimi Sigismundi primi, regis Poloniæ, ferre debuisset.
64. Item ponit et dicit verum esse, et ex superioribus consequi, quod Serenissimus et potentissimus rex Poloniæ obstrictus et obligatus sit, dotem dictam et bona paraphernalia, ac omnia illa, quæ tam ex immobilibus, quam mobilibus bonis Sigismundi primi ad Illustres sorores, Elisabetham Magdalenam, et Hedvigem, pertinent, dictis Illustribus sororibus cum omni interesse restituere.
65. Item ponit et dicit esse verum, quod Illustres sorores, Elisabetha Magdalena, et Hedvigis, totum jus suum affini et marito suo, Illustri principi Julio, in optima et plenissima juris forma cesserunt.
66. Hoc amplius mandatarius Illustris Julii principis ponit et dicit esse verum, quod Stephanus, comes Scepusiensis et palatinus Transilvaniæ, non solum filiam unicam Barbaram, quæ Sigismundo primo regi Poloniæ nupta fuit, verum etiam filium unicum Joannem habuit.
67. Item ponit et dicit esse verum, quod Joannes, filius Stephani, comitis Scepusiensis, fuit dictæ Barbaræ ex utroque parente frater.
68. Item ponit et dicit esse verum, quod Joannes, filius comitis Scepusiensis, Stephani, fuit avunculus Hedvigis, electorissæ Brandeburgicæ, filiæ Barbaræ Scepusiensis.
69. Item ponit et dicit esse verum, quod Joannes, frater Barbaræ ex utroque parente, et avunculus Hedvigis, electorissæ Brandeburgicæ, filium unicum habuit Joannem Sigismundum.
70. Item ponit et dicit esse verum, quod Joannes Sigismundus, princeps fuit Transilvaniæ, adeumque Transilvania, et quæ in Hungaria habuit a Joanne, filio Stephani, fratre Barbaræ, et avunculo Hedvigis, jure hæreditario pervenerit.
71. Item ponit et dicit esse verum, quod Joannes Sigismundus, Transilvaniæ princeps, amita sua Hedvige, electorissa Brandeburgica, adhuc vivente, sine liberis e vita excesserit.
72. Item ponit et dicit esse verum, quod Joanne Sigismundo mortuo, omnia ipsius bona mobilia et immobilia ad Hedvigem, electorissam Brandeburgicam, devoluta fuerunt.
73. Item ponit et dicit verum esse, quod inter reliqua bona mobilia Joannes Sigismundus reliquit 18,000 centenarios argenti vivi.
74. Item ponit et dicit esse verum, quod Joanne Sigismundo, principe Transilvaniæ mortuo, Sigismundus Augustus, rex Poloniæ, Generosum virum, Dominum Stanislaum Sandivogium a Czarnkow, ad Illustrem Hedvigem, electorissam Brandeburgicam, ablegavit, eique in scriptis mandatis dedit, ut cum Illustri electorissa Brandeburgica ageret de cedendo Sereni tati ipsius omni jure, quod ad ipsam Illustrem electorissam, Joanne Sigismundo mortuo, pervenisset.
75. Item ponit et dicit esse verum, quod formalia verba mandati scripti, quod Dominus Czarnkovius a Sigismundo Augusto, rege Poloniæ, habuit, prout in mandato regio liberaliter exstat, hæc se

quentia fuerunt: „Quum Illustris princeps Joannes Sigismundus, nepos ex sorore nostra charissimus, non diu praterito tempore rebus humanis Dei voluntate cessisset, post cujus mortem praeter Illustrem principem Dominam Hedvigem, marchionissam Brandeburgicam, sororem nostram charissimam, ad rerum omnium successionem jus propinquius, proximiusque habere videamus neminem, siquidem ille ex Joanne olim Ungariae rege, haec ex Barbara ejusdem Joannis sorore germana, uxoreque divi olim Sigismundi, regis Poloniae, parentis nostri desideratissimi, nata oriundaque sit, unde colligere facile sit, omnem rerum omnium, tam mobilium, quam immobilium, arcium, urbium, oppidorum, et rerum talium similiumque successionem, omni propinquitatis jure ad dictam sororem nostram pertinere et devolvi: ideo mittendum esse duximus ad Illustritatem ipsius Generosum Stanislaum Sandivogium a Czarnkow, oratorem et commissarium nostrum, sincere nobis dilectum, qui cum Illustritate sua, de jure talium rerum omnium ad ipsam devolutarum in personam nostram cedendo, transfundendo et conferendo, ageret et tractaret."

76. Item ponit et dicit esse verum, quod Generosus Dominus Stanislaus Sandivogius à Czarnkow cum Illustri Domina Hedvige, electorissa Brandeburgica, vigore mandati sui regii, ad hunc modum egit et transegit, ut Serenissimus rex Poloniae Transilvaniam cum omnibus mobilibus et immobilibus, quae Joannis Sigismundi propria fuerunt, suo sumptu et impensis impetraret, eique dimidia pars Transilvaniae, et bonorum omnium, tam mobilium, quam immobilium, quae Joannis Sigismundi propria fuerunt, cederetur, altera dimidia pars ipsi Hedvigi, ejusque liberis relinqueretur.

77. Item ponit et dicit esse verum, quod Sigismundus Augustus, rex Poloniae, per Generosum Dominum Stanislaum Sandivogium a Czarnkow, se et successores suos, reges Poloniae, obligavit, quod Transilvaniam ea lege et conditione impetrare vellent, ut dimidia pars Transilvaniae, et bonorum omnium mobilium et immobilium, quae Joannis Sigismundi fuerunt, ipsi regi Sigismundo, ejusque successoribus, regibus Poloniae, altera pars Illustri Hedvigi, electorissae Brandeburgicae, ejusque liberis cederetur.

78. Item ponit et dicit verum esse, quod Sigismundi Augusti, regis Poloniae, Serenissimus parens Sigismundus primus, rex Poloniae, eo tempore quo filiam Hedvigem, ex Barbara Scepusiensi natam, Joachimo juniori, principi electori Brandeburgico, in matrimonium dedit, in ipso contractu matrimoniali promisit, quod avunculo filiae suae, Joanne, mortuo, Illustrem pricipem Joachimum juniorem, ejusque liberos ex Hedvige procreatos, in consequendis bonis a Joanne relictis adjuvare vellet.

79. Item ponit et dicit esse verum, quod nihil magis congruum est fidei humanae, quam ea servare, quae semel placuerunt.

80. Item ponit et dicit esse verum, et ex superioribus necessario consequi, quod Serenissimus et potentissimus rex Poloniae Stephanus, legitimus successor Sigismundi Augusti, regis Poloniae, suo sumptu, suisque impensis tenetur curare, et efficere, ut Transilvania cum omnibus bonis mobilibus et immobilibus, quae Joannis Sigismundi propria fuerunt, pro dimidia parte liberis Illustris Hedvigis, electorissae Brandeburgicae, aut Illustri Julio principi, in quem filiae Hedvigis, Elisabetha Magdalena, et Hedvigis, jus suum, ut ante articulatum est, transtulerunt, cedat

81. Item ponit et dicit esse verum, Serenissimum et potentissimum regem Poloniæ Stephanum, idcirco magis obstrictum esse ad curandum et efficiendum, ut Transilvania cum omnibus bonis mobilibus et immobilibus, quæ Joannis Sigismundi propria fuerunt, pro dimidia parte liberis Illustris Hedvigis, electorissæ Brandeburgicæ, sive Illustri Julio principi cedat, quod Regia ipsius Serenitas, ex pactione et transactione Sigismundi Augusti, regis Poloniæ, adversus Illustrem Julium principem agere instituit.

82. Item ponit et dicit esse verum, quod ex qua persona lucrum quis sperat, ejus etiam factum præstare teneatur.

83. Item ponit et dicit esse verum, Serenissimum et potentissimum regem Poloniæ Stephanum facile efficere et curare posse, ut Transilvania cum omnibus bonis mobilibus et immobilibus, quæ Joannis Sigismundi propria fuerunt, in potestatem Regiæ Serenitatis ipsius perveniat, et dimidia pars Illustri Julio principi cedat, pars altera regno Poloniæ relinquatur.

84. Nam mandatarius Illustris Julii principis ponit et dicit esse verum, Serenissimum et potentissimum regem Poloniæ Stephanum, vel ipsum, vel saltim nepotem ipsius ex fratre Transilvaniam cum omnibus bonis mobilibus et immobilibus, quæ Joannis Sigismundi propria fuerunt, habere, tenere, possidere, ideoque Serenitatem ipsius non tantum regem Poloniæ, Magnum ducem Lithuaniæ, sed etiam principem Transilvaniæ se scribere et nominare.

85. Item ponit et dicit verum esse, quod in omnibus obligationibus facti, si non fiat quod promissum est, succedat obligatio ad interesse.

86. Item ponit et dicit verum esse, quod idcirco Serenissimus et potentissimus rex Poloniæ Stephanus non præstans factum, ad quod Sigismundus Augustus se, et successores suos reges Poloniæ obligavit, et obligare potuit, maxime quum id præstare posset, Illustri principi Julio ad interesse, quod justo et legitimo tempore liquidabitur, teneatur.

87. Item ponit et dicit esse verum, quod petitio hæreditatis liberorum nonaginta annis curet, nec ante præscribi possit.

Ex his igitur omnibus quum constet Barbaram Scepusiensem, reginam Poloniæ, aviam Illustrium sororum Elisabethæ Magdalenæ et Hedvigis, ad Serenissimum et potentissimum regem Poloniæ, Sigismundum primum, ad minus 50,000 aureorum Ungaricorum in dotem, et 20,000 aureorum Ungaricorum bonorum paraphernalium nomine attulisse, et dotem ac bona paraphernalia, post mortem Barbaræ, apud Sigismundum primum, regem Poloniæ, mansisse; rege quoque Sigismundo primo mortuo, filium Sigismundi regis, Sigismundum Augustum, dotem et paraphernalia omnia a Barbara Scepusiensi, ad Serenissimum ipsius parentem allata, sorori suæ Illustri Hedvigi, electorissæ Brandeburgicæ, non restituisse, et hoc amplius rege Sigismundo primo defuncto, filiam Hedvigem Illustrem Dominam electorissam, matrem Illustrium sororum, Elisabethæ Magdalenæ et Hedvigis, ex defuncti parentis Serenissimi regis relictis amplissimis facultatibus et bonis mobilibus et immobilibus ne minimum quidem accepisse; jure autem naturali, divino, civili et pontificio, dos et bona paraphernalia Barbaræ Scepusiensis, ad filiam Hedvigem, electorissam Brandeburgicam, eaque defuncta, ad neptes ejus Illus-

tres sorores, Elisabetham Magdalenam et Hedvigem spectent, ad dictam quoque Hedvigem, electorissam Brandeburgicam, portio virilis ex omnibus bonis mobilibus et immobilibus, a Serenissimo ipsius parente rege Sigismundo relictis, eodem jure naturali, divino, civili et pontificio pertineat, eaque, Illustri Hedvige, electorissa Brandeburgica, mortua, ad Illustres sorores, Elisabetham Magdalenam et Hedvigem, neptes Sigismundi primi, ipso jure devoluta sit, et Sigismundi primi, regis Poloniæ, plurima bona immobilia, quæ ipsius propria fuerunt, in regno Poloniæ et Magno ducatu Lithuaniæ, filio Sigismundi primi, Sigismundo Augusto mortuo, remanserunt, et regnum Poloniæ ac Magnus ducatus Lithuaniæ etiamnum bona illa omnia habeant, teneant, possideant, nec de bonis mobilibus, a Sigismundo primo et Sigismundo Augusto relictis, quicquam extra regnum Poloniæ et Magnum ducatum Lithuaniæ translatum sit; et denique Serenissimus et potentissimus rex Poloniæ Stephanus, legitimus successor et possessor sit regni Poloniæ et Magni ducatus Lithuaniæ, et propterea etiam legitimo successorio nomine petat hæreditatem ab Illustri Domina Sophia relictam: idcirco mandatarius Illustris Julii principis a Sacræ Cæsareæ Majestatis commissariis, Illustribus principibus electoribus, Dominis suis clementissimis, humillime petit, Serenissimum et potentissimum regem Poloniæ Stephanum, Illustris Julii principis reconventionis, sive mutuæ petitionis jure condemnari. Primo ut Regia ipsius Serenitas de petita hæreditate deducenda, donata et relicta deduci, et super his Regiæ ipsius Serenitati æternum silentium imponi patiantur, simul etiam petit Regiam Poloniæ Serenitatem condemnari ad restitutionem fructuum, et aliarum commoditatum, quæ Illustris Domina Sophia, cujus hæreditatem et bona Serenissimus rex petit, ex arcibus Julii ducis, Schoningensi et Jerxensi, toto viduitatis tempore, ad extremum usque vitæ spatium, sine causa percepit, item ad restitutionem eorum, quæ in consecutione summæ Neapolitanæ impensa fuerunt, quoque in ejusdem Dominæ Sophiæ funus, sepulturam, gynæceum, ministerium, stipendarios et debita Illustris princeps Julius erogavit, item ad refusionem omnium eorum, quæ xenodochio, academiæ Juliæ, templo et scholæ Schoningensi, et subditis arcium Schoningensis et Jerxensis, et Illustribus filiis et filiabus Illustris Julii principis, ab Illustri Domina Sophia quacunque ratione data, legata, donata fuerunt, quæ omnia de bonis relictis ab Illustri Domina Sophia, Illustri Julio principi ante omnia restitui, deduci, solvi et redintegrari, et in his Serenissimum et potentissimum regem Poloniæ reconventum condemnari, mandatarius Illustris Julii principis omni meliori modo quam humillime iterum atque iterum petit. Et quoniam in eundem ducem Julium reconvenientem et mutuum petitorem jus suum omne supra memoratæ Illustres sorores, Elisabetha Magdalena et Hedvigis, transtulerunt, petit hoc amplius mandatarius Julii principis eundem Serenissimum et potentissimum regem Poloniæ Stephanum, regem Poloniæ, Magnum ducem Lithuaniæ et principem Transilvaniæ, condemnari ad restitutionem dotis, et bonorum paraphernalium, sub legitimo inventario, vel in defectum ejus, corporali regio juramento, quæ Barbara Scepusiensis ad Sigismundum primum, regem Poloniæ, antecessorem Serenitatis ipsius attulit, itemque ad restitutionem virilis portionis omnium bonorum mobilium et immobilium, quæ Sigismundi primi, regis Poloniæ, fuerunt, intermediante similiter justo inventario,

vel in ejus defectum, corporali regio juramento, cum omni interesse et omnibus fructibus perceptis, et quæ percipi potuerunt.

Petit denique mandatarius Illustris Julii principis, serenissimum et potentissimum regem Poloniæ Stephanum, successorem legitimum Sigismundi Augusti, regis Poloniæ, qui se, et successores suos obligavit, quod Transilvaniam cum omnibus bonis mobilibus et immobilibus, quæ Joannis Sigismundi propria fuerunt, suo sumptu et impensis, ea lege impetrare vellent, ut ipsi et successoribus suis, regibus Poloniæ, dimidia Transilvaniæ pars, et omnium bonorum mobilium et immobilium, quæ Joannis Sigismundi propria fuerunt, et altera dimidia Illustri Hedvigi cederet, similiter intermediante judiciali sententia, sufficiente inventario, vel in ejus defectum, corporali regio juramento, Illustri principi Julio, cui Illustres filiæ Hedvigis, Elisabetha Magdalena et Hedvigis, jus suum cesserunt, condemnari, ut Regia ipsius Serenitas efficiat et curet, ut dimidia Transilvaniæ pars, cum omnibus bonis mobilibus et immobilibus, quæ Joannis Sigismundi propria fuerunt, Celsitudini ipsius cedat, aut si Regia ipsius Serenitas id non faciat, et ipso opere expleat, Illustri principi Julio id, quod Celsitudinis ipsius interest, praestet, simulque litis expensas refundat. Ante omnia vero petit mandatarius Illustris Julii principis, Illustrem suum principem in possessionem bonorum a Sigismundo primo, rege Poloniæ, relictorum, et quidem illorum, quæ supra in specie expressa fuerunt, officio judicis quam cellerime immiti, et in ea possessione defendi. Super his omnibus et singulis, prout reconventionis, sive mutuæ petitionis jure hactenus petitum est, vel peti debuit, officium nobile judicis implorando, mandatarius reconveniens, sive mutuus petitor, Illustris sui principis Julii, ducis Brunsvicensis et Luneburgensis, nomine petit, sibi jus et justitiam administrari, simul conjunctim, divisim, copulative, alternative, singula singulis congrue referendo omni meliori modo et via, qua id fieri potest ac debet. Signatum et actum Francofurti ad Oderam, prima die augusti, anno Christi 1584, secundum vetus seu Julianum calendarium.

XXXVIII.
Dux in Prussia ad Dominum cancellarium

9132 Teka Naruszewicza 97. Ex mss. bibl. Zaluski, 254.

Magnifice Domine et amice singulariter nobis dilecte. Pergratus nobis fuit Reinholdi Heidensteinii, Sacræ Regiæ Majestatis secretarii, adventus, quod de valetudine Magnificentiæ Vestræ nuntiavit, et de rebus aliis sibi commissis summa fide locutus est. Gratum etiam nobis fuit, quod a Sacra Regia Majestate, Domino et affine nostro charissimo, querelas quasdam nomine baronum et nobilitatis hujus ducatus nostri contra nos oblatas attulerit, et magnus hoc nomine Sacræ Regiæ Majestati gratias agimus. Arbitramur autem Sacram Regiam Majestatem, et Vestram quoque Magnificentiam, pro prudentia sua, non obscure intelligere, quam difficillem nobis ducatus hujus gubernationem, in magno labore et dispendio nostro susceptam, hominum quorundam inquieta ingenia reddant, qui dominis suis dominari potius, quam parere, et ex domini incommodo rem suam facere consuevere, apud quos, quod jura atque auctoritatem nostram tueamur, ipsorumque cupiditati et libidini minus indulgeamus, vim privilegiis et immunitatibus suis fieri putant. Hinc illæ lachrimæ, et hæ ad Sacram Regiam

Majestatem querimoniæ, non ab universo Ordine, quod res ipsa docebit, sed paucis seditionum et motuum turbis profecta. Quia autem res hæc est majoris consilii et temporis, vel per ipsum Reinholdum Heidensteinium, vel per alium ex nostris ad singula gravaminum capita respondebimus, et præcipua conventus acta transmittemus, ex quibus et Regia Majestas, et Vestra quoque Magnificentia, aliique proceres non obscure intelligent, per nos minus stetisse, quod re pene infecta conventus iste solutus sit, et, quod optamus, animi subditorum et domini in unum non coaluerint. Interim si quid per emissarios suos moliti fuerint, et male informanda aliorum animos occupare studuerint, Magnificentiam Vestram, pro singulari nostra fiducia, tam apud Sacram Regiam Majestatem, quam cæteros regni proceres, integritatis atque innocentiæ nostræ defensorem et patronum paramus. Et cogitabit Magnificentia Vestra, pro prudentia sua, quantum intersit, principis auctoritatem, inter homines ad insultandum et refragandum suo principi propensos, integram et salvam conservari. Quidquid hac in re Magnificentia Vestra fecerit, id pari studio omnique benevolentia compensare studebimus.

Ea quæ de controversia Svecica Sacra Regia Majestas et ad nos scribsit, et Reinholdus Heidensteinius nobis exposuit, non leniter nos perturbarunt. Neque enim obscure perspicimus, quam longe lateque, si vires acquirat, hoc serpere possit incendium, aut quid nobis metuendum et expectandum sit. Diligenter itaque ea de re ad Illustrissimum utrumque electorem Saxoniæ et Brandeburgensem scripsimus, quum nostra, tum vicinorum et communia pericula ostendimus, et ut de hoc incendio prohibendo atque restinguendo cogitationes ac consilia susciperent, hortati sumus, neque sine fructu curantibus adhuc Imperii comitiis id habiturum confidimus. Exemplum literarum nostrarum ad Illustrissimos electores latine conversum Sacræ Regiæ Majestati transmittimus, sed plane nobis persuasum habemus, Sacram Regiam Majestatem, ipsam quoque Magnificentiam Vestram, et reliquos regni senatores, prudentia atque consilio suo has res ita moderaturos esse, ne quid ante tempus periculosius aliquid actum videatur. Multa ferenda, superanda, multa declinanda, multa saluti et tranquillitati publicæ condonanda. Serenissimum quoque Sveciæ regem, si suo se modulo metiri velit, ab æquabili tractatione minus alienum fore non dubitamus, præsertim si æquis minimeque suspectis arbitris, ad quos Imperii electores maxime idoneos putamus, negotium committatur.

De Serenissimo Daniæ rege in omnem eventum tempestive sibi conciliando, et in partes asciscendo, Sacræ quoque Regiæ Majestati consilium nostrum exposuimus, et in rebus omnibus fidem, operam, studium et paratissimam voluntatem nostram detulimus. Qua de re Sacræ Regiæ Majestatis sententiam expectamus: nos vero quia de hisce rebus, tum etiam nostris pro fide nostra, tam ad Sacram Regiam Majestatem, quam ad Vestram quoque Magnificentiam scribimus liberius atque confidentius, literas nostras secretius asservari Magnificentia Vestra pro munere suo curabit. De certo die comitiorum, et si quæ alia sunt, quæ scire nostra interest, scireque licet, pergratum nobis Magnificentia Vestra fecerit, si certiores nos reddat. Deum rogamus, ut Sacram Regiam Majestatem tot belli laboribus defunctam, in pacifica regni gubernatione laborum suorum fructu quiete perfrui permittat. Vestram quoque Magnificentiam diu salvam et incolumam Reipublicæ conservet. Datæ Joannisburgi, die 6 augusti, anno Domini 1584.

XXXIX.

Rex Stephanus ad marsalcum regni.

ex mss. bibl. Turnicensis.

Magnifice sincere Nobis dilecte. Quum tempus biennii, quod a proximis comitiis cessit, in exitu futurum esset, non modo Reipublicae negotiis id postulantibus, sed legibus ipsis a Nobis exigentibus, alia comitia dicenda intelleximus. Proximum huic esse existimavimus, ut quae in iis agenda susciperemus, ea re prius cum senatoribus nostris deliberata, ex eorum auctoritate Ordinibus proponeremus, quod etsi aliquando per literas fieri solitum non ignoraremus, quum tamen idem coram etiam alias factum esset, ut Nos quoque nunc id faceremus, temporis hujus status exposcere a Nobis videbatur. Has igitur ob causas quum Lublinum senatores omnes literis ad Nos evocassemus, ex eorum sententia hisce potissimum de rebus ad Ordines in futuris comitiis referendum Nobis animadvertimus.

Inprimis quidem de Moschoviticis induciis, quae morte Magni Moschoviae ducis finitae jam sunt. Quum enim ita eas Nos tractaremus, ut non modo inter principes, sed subjectos utrique populos constitui eas vellemus, magis tum rebus suis expedire existimabat, si ad principes solos eae referrentur, quorum ~~quae~~ quum ejus morte solutae nunc sint, imperii ipsius Moschovitici is etiam status est, ut foris armis ac discordia infestetur, domesticae vires ejus partim principis superioris crudelitate, partim bellis attritae sint intestinis, praeterea armis ac discordia laboret, quumque omnibus opportunum eas ob causas sit ejus, qui primus occupare id voluerit, futurum videatur; hanc igitur tantam tamque praeclaram non modo superioribus temporibus ablata recuperandi, sed augendi imperii occasionem quum nemo non dignitatis atque utilitatis publicae cupidus summopere optare debuerit, sperare fortasse vix quisquam ausus fuerit, oblatam nunc eo minori cum dubitatione amplecti Respublica debere videtur, ne tanta in re, quae ad (B. Tu umieścić co jest na obu stronach przyklejonego półarkusza).

A Tartaris hoc etiam accedit, ut quum Mahomete Gerejo ab imperio dejecto, alter Aslan (Islam) Gerejus nuper ei suffectus sit, principem novum, nominis et rei parandae cupidum, facili momento vel egestas, vel gloriae cupiditas, ut in vicinas ditiones nostras incurrat, impulsura videatur. Ostendebatur superiori tempore egregia Reipublicae occasio non ad aliquod tempus incursionibus ipsis, sed metu omnium incursionum in perpetuum se liberandi, quod a Turcarum imperatore Tartari dissidebant.....

Ad eandem autem finium tuendorum rationem, militum quoque, qui in finibus excubant, cura pertinet, quibus quum aliquot stipendiorum reliqua debeantur, fit, ut neque illi tanto, quanto esse debebant, usui Reipublicae sint, et quum quoad stipendia eis solvantur, commeatum omnem ab eorum locorum ~~commoditate~~ nobilitate in creditum interim plerumque petant, plurimum ea ex re ad privatos ~~eos~~, molestiae atque incommodi perveniat. Operam igitur Respublica dabit, ut et incommodis hisce obviam eatur, et quo magis in sua potestate militem habeat, ne in illius aere sit ..... ~~tu~~ ~~suscipienda~~ a ~~hoc~~ ~~tempore~~

cujuscumque potentiam adjuncta fuerit, magnam ad eam accessionem allatura est, a Barbaris, certissimis universi nominis christiani hostibus, præveniatur, qui et opportunitatem hanc temporis optime intelligunt, et quantum ad ejus, a quo imperium tam potens occupatum fuerit, potentiam momenti allaturum sit, non ignorant. Nos quidem utrumque nostrum esse existimamus, ut et occasionem tam certam, tamque paratam, tanquam in specula quadam Reipublicæ positi, pro munere nostro Reipublicæ demonstremus, et si secus forte de ea statuerint, invitis nihil obtrudamus. Illi igitur, quid sibi, quid Reipublicæ, quid nominis Polonici dignitati conveniet, viderint, neve ob exiguum laborem ac sumptum magnam gloriam, atque imperium e manibus quodammodo dimisisse, vigilantioresque Barbari in sua potentia augenda, quam ipsi in communi christiani nominis salute juvanda fuisse videantur. Nos nostro muneri satisfactum a Nobis existimabimus, si in Nobis nihil ad eam rem defuisse, primum ipsis, deinde omnibus testatum [erit], bene memores juramenti per Nos in inauguratione regni Reipublicæ præstiti, quo tenemur, amissa recuperare, et fines regni dilatare.

Livonicæ res, quum et de iis, quemadmodum de reliquis, nulla in superioribus comitiis deliberatio suscepta fuerit, in iisdem etiam, in quibus antea fuerant, quæque in nova provincia esse solent, incommodis, sine certa formula, sine ordine, legibus, magistratibus, præsidiis contra insidias vicinorum relictæ fuerant.

His, interjecto tempore, alia de Curoniæ episcopatu cum Serenissimo Daniæ rege, post Magni ducis mortem, controversia accessit. Etsi autem, quantum a Nobis præstari possit, in hac quoque provincia constituenda, nostrum studium Reipublicæ non deesse passi simus, controversia etiam ipsa Curonica, Illustris in Prussia ducis opera, commodiorem in statum jam pervenerit, ut triginta millibus talerorum Reipublicæ ea se decessurum Serenissimus Daniæ rex ostenderit, eum tamen adhuc provinciæ istius statum, in quorumdam præsertim, qui ei imminent, vicinitate, esse videmus, ut magnopere curam ejus Ordinibus suscipiendam existimemus.

Vicinitas ac fœdus Turcicum, quomodo superiori proximo tempore per finitimos turbata sint, ac nuper adeo bellum fere Reipublicæ conflatum, Sinceritas Vestra meminit. Res hæc legatione a Nobis missa, per Generosum Petrum Słostowski, aulicum et oratorem nostrum, ita magna cum difficultate composita vix fuit, ut tormenta Tehina allata redderentur, ac de maleficis supplicium sumeretur. Itaque qui eorum plebei fuerunt, in eos, secundum res ibi constitutas, animadverti jussimus, quia tamen hæc ab iis potissimum, tanquam a capite proficisci dicuntur, qui ipsi a latrociniis fines tueri deberent, ac non paucos ex nobilitate, præfectisque ipsis, earum turbarum auctores ac adjutores esse ad Nos defertur, ex senatus sententia, in jus ad comitia eos vocavimus. Reipublicæ autem erit considerare, quomodo hujusmodi licentiæ obviam eatur, neve privata temeritate in discrimen conjici subinde possit. Jam denuo etiam novis incursionibus quum Turcicos fines

violatos, tum Tartaros, potissimum lacessitos, praefectorum quorumdam literis, quas eidem in conventu Lublinensi senatoribus proposuimus, perscribitur.

Earum rerum, quae in superiorum comitiorum aliquot recessus relatae sunt, an suscipienda hoc tempore deliberatio aliqua sit, Ordines ipsi judicabunt. Nos quominus eas attingamus, superiorum proximorum comitiorum exitu monemur, in quibus quum quaedam optimo animo, nec nostra tamen sponte, sed Ordinum ipsorum auctoritate atque precibus in publicis comitiis Nobis adhibitis adducti proposuissemus, in varias quorundam voces incurrisse id institutum nostrum animadvertimus. Etsi autem ut Nos ea proponamus minime Nobis videtur, si tamen Ordines ipsi ex iis, quos diximus, recessibus, aut si quae praeter ea ad ~~Republi~~ Rempublicam ~~com~~ pertinere judicaverint, agi de aliquibus voluerint, nostrum studium nulla in parte deesse Reipublicae patiemur.

De concordia quidem inter ecclesiasticum et civilem Ordinem constituenda, quum senatores, qui Lublini apud Nos fuerunt, praecipue autem episcopi, ut de ea referamus, a Nobis contenderint, pro munere nostro minime Nos in ~~ea~~ hac re deesse eis debere existimavimus.

Quae a certis hominibus nova consilia ad salutem nostram ac Reipublicae spectantia ac in Polonia fortassis antehac inaudita, magna cum injuria nominis Polonici, quod a tot saeculis summa semper erga suos principes fide exstitit, nullaque nota unquam aspersum fuit, jactata fuerunt, ea senatoribus, qui Lublini ad Nos convenerant, proposuimus; qui quum ut in judicium ea vocaremus, auctores Nobis fuerint, ex eorum sententia, quum non tam nostro, quam Reipublicae periculo ac publica hac indignitate ~~co~~ commoveamur, negligenda non existimavimus.

Conventum autem eum regni ad 15 mensis januarii diem Varsaviam indiximus, urgentibus Nos, ut id potissimum ~~tempore~~ tempus praefigeremus, senatoribus, quod creditarum rerum solutiones et liberationes, quae in festa natalitia incidunt, non sine magna quum senatorum, tum privatorum etiam ex nobilitate, qui comitia obituri sunt, jactura, negligi posse docerent. Particularem vero nobilitatis conventum Sredensem ad 13 novembris mensis diem, ~~diximus~~ Generalem vero Colensem ad 28 novembris mensis diem ediximus. Hortamur igitur Sinceritatem Vestram, ut, primo nobilitatis conventus hosce obeat, in iisque ut viri prudentes ac moderati plena cum facultate de rebus propositis agendi nuncii deligantur, pro se quoque operam det, inde ad comitia regni suo loco sententiam dicturus accedat, inprimisque nullam moram pro munere suo interponat, quo ad diem Nobis praesto sit. Sinceritatem Vestram optime valere cupimus. Datum..... die 27 mensis augusti, anno Domini 1584.

Stephanus Rex.

XL.

Lettera del cardinale di Como al Padre Possevino.

Ex cod. Vatic. inter Ottobon. 2415 (1).

XLI.

Procuratorium Stephani regis Poloniæ.

91, 34 Ex Cod. dipl. Dogieli, t. I.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, etc. ac Transilvaniæ princeps. Significamus præsentibus literis nostris, quorum interest, universis et singulis, Nos constituisse mandatarios et plenipotentes nostros, videlicet nobiles Martinum Strzelski, secretarium nostrum, et vicecapitaneum Medzirecensem, et Martinum Glogorski, servitorem nostrum, illisque commisisse, ac dedisse, prout hisce præsentibus committimus, atque damus potestatem, et facultatem se coram doctis, ac eruditis juridicæ facultatis doctoribus in academia Francoforciensi ac Oderam constitutis, et ubilicet sistendi, et nomine nostro libellos, scripturas, munimenta quævis ad causam, et actionem nostram necessaria offerendi, et alias pro necessitate capiendi, repetendi, tollendi et ad se recipiendi, et alia licita, et juri consentanea alias juxta recessum commissorialem Francoforti factum, agendi, dicendi, faciendi, in forma sufficientis mandati. In quorum fidem sigillum nostrum apprimi mandavimus. Datum Grodnæ, die 21 mensis septembris, anno Domini 1584, regni vero nostri anno nono.

XLII.

Replicatio Serenissimi regis Poloniæ etc. mandatarii ad responsionem Illustris Domini Julii, ducis Brunsvicensis etc., mandatarii contra libellum Francoforti oblatum.

91 38 Teka Naruszewicza 97. Ex mss. bibl. Zaluski, 253.

Coram Illustrissimis Sacri Romani Imperii electoribus Saxoniæ et Brandeburgensi, a Cæsarea Majestate in causa præsenti datis commissariis, seu eorum subdelegatis, Serenissimi regis Poloniæ mandatarius procedens vigore recessus et compromissi, seu decreti in civitate Francoforciensi nuper editi, eique ipsi inhærendo, contra responsionem Illustris Domini Julii, ducis Brunsvicensis et Luneburgensis, sive Illustritatis illius mandatarii ad libellum ibi oblatum factum replicans, inprimis reservat sibi omnia juris cujuscunque remedia et beneficia ad justitiam consequendam obtinendamque in causa præsenti victoriam necessaria, ad superflua autem se non adstringendo, de iisque omnibus, quemadmodum et alias in libello antea oblato, ita nunc quoque solenniter ac omni meliori juris formula ac modo protestatur.

Inde quemadmodum et antehac ostendit, in tota hac dotis, eorumque, quæ cum illa in eadem causa sunt, repetitione, nullum aliud jus spectaneum esse, quam pacta inter Serenissimum Sigismundum Augustum, regem Poloniæ, et Illustrem Dominum Henricum juniorem, ducem Brunsvicensem, parentem quondam Illustris Domini Julii ducis, conventa, ut in quibus utraque pars legem sibi dixerit, ita idem adhuc re-

(1) List ten jest po polsku w dziele: Relacye nuncyuszów apostolskich o Polsce, t. I, p. 452.

petit; utque secundum ea jus et justitia Serenissimo Domino suo administretur, Illustrisque Julius dux ad restituenda omnia illa, ad quæ vi commemoratorum pactorum obligatus est, condemnetur petit. Quumque iisdem pactis tota, quemadmodum dictum est, causa contineatur, non dubitat facile perspicere Illustrissimos Dominos commissarios eorumque subdelegatos omnia, quæ in commemorata responsione contra priorem libellum suum a præfato Illustris Domini Julii mandatario allata sunt, omnes illas jurium allegationes, exceptiones, cautiones, reconventiones, protestationes, objectiones, et quæcunque ejus generis sunt, non modo jure nulla esse, sed ipsis pactorum verbis diserte excludi, ut in quibus omnibus hujusmodi juris diverticulis expresse renuntiatum sit. Verba pactorum hæc sunt:

„ Quod ea omnia et singula in literis his contenta a nobis nostrisque hæredibus et successoribus sine omni fraude firmiter inviolabiliterque servari, præstari ac exsequi debebunt, id nos nostro illorumque omnium nomine, mediante bona fide, per verbum veritatis spondemus ac promittimus, expresse renuntiando omnibus et singulis tam canonicis, quam civilibus juribus, constitutionibus, privilegiis, beneficiis, absolutionibus ac aliis quibuscunque exceptionibus, quæ nos, hæredes et successores nostros quovis modo contra hanc nostram obligationem relevare possent, remotis omnibus, dolo, sinistra machinatione et tergiversatione, jam nunc excogitatis, vel excogitandis, sub pœna in pactis sponsalibus expressa, hoc est centum millium ducatorum."

Quibus verbis quum nihil clarius sit, et si eam ob causam minime necessarium Serenissimi regis mandatarius judicat pluribus contra ea, quæ in commemorata Illustris Domini Julii ducis responsione disputantur, disserere et respondere; partim tamen ne tacite, quæ dicuntur, approbare videatur, partim informandi judicis causa, non dubitat paucis contenta quædam responsionis ejus refellere, cum ea tamen solenni et juridica protestatione, quod hujusmodi refutatione a pactis et contractibus dotalibus per Illustrem olim principem Henricum, Illustris Domini Julii olim parentem, factis, tanquam a certa et præscripta lege, pactum enim et lex æquiparantur, nulla ratione recessum, aut illis ullo modo præjudicatum velit, quæ pacta dum Illustris Dominus Julius dux per mandatarium suum oppugnat, non modo quomodo non contra obligationem parentis veniat, videndum ei est, verum hoc ipso pœnas in pactis expressas incurrit; de quibus etiam nunc, sicut et alias antea solenniter protestatur, utque ad eas condemnetur Illustrissimorum Dominorum commissariorum officium ac auctoritatem implorans iterum petit.

Hisce ita constitutis, quum Illustris Domini ducis Julii mandatarius ab initii statim responsionis suæ protestationes quasdam proponat, quibus et contra contractum ab Illustrissimis Dominis commissariis..... judicii processum protestatur, et jurium omnium beneficia ac privilegia sibi reservat: ita Serenissimi regis mandatarius existimat, non modo pacta ipsa, quibus omnes hujusmodi protestationes ac cautiones diserte sublatæ sunt, verum ipsorum etiam quum Cæsareæ Majestatis, tum Illustrissimorum commissariorum potestatem atque auctoritatem arroganter eum incessere, et in

dubium quasi vocare; maxime autem universum illustrissimum nomen Germanicum in invidiam apud exteros principes adducere. Quum enim ea hactenus exterorum principum de Illustrissimis Germaniæ principibus opinio fuerit, ut affinitates eorum vel ultro non inviti appetierint, quantam ea res dubitationem iis allatura esset, si tantis difficultatibus et captionibus obnoxias eas futuras viderent, Illustrissimi Domini commissarii facile ipsi pro prudentia sua perspiciunt, ideoque longiori refutatione sua opus ea non habere Serenissimi regis mandatarius arbitratur, quod pro eo Illustrissimarum Celsitudinum earum dignitatis studio, vel ultro summæ curæ iis futura confidit.

Secundo loco quum mandatum etiam a Serenissimi regis mandatario exhiberi postulatur, respondet jam ante idonee de sua agendi potestate Illustrissimis principibus commissariis, eorumque subdelegatis, fidem a se factam, de eoque minime dubitari posse aut debere dicit.

Quod ad cautionem amplius petitum non iri, quum Serenissimæ reginæ Poloniæ, tum etiam Serenissimi Sveciæ regis, ipsiusque liberorum nomine præstandam attinet, breviter Serenissimi regis mandatarius respondet, manifestissimi juris esse, nunquam præstare actorem de idemnitate hujusmodi cautionem teneri, quoties qui post eum acturus sit, exceptione repelli possit, cautionemque, quum ita petatur, sine causa desiderari, qua de re vel ad ipsum jus civile atque allegationes suas Illustris Domini Julii ducis mandatarium remittere non dubitat.

Omnes autem alios secundum Serenissimum Poloniæ regem dotalium rerum restitutionem petentes summoveri posse, non modo ex eo constat, quod monumenta nulla, quibus ea petant, habeant, quum ea penes Serenissimum regem omnia sint, verum ipsis etiam monumentis diserte appellantur, quibus ad nullum alium rerum earum repetitionem pertinere diserte hisce verbis cautum est:

„ Quod autem attinet ad dotem, parapharnam, supellectilem, et quaslibet facultates et bona sive possessiones, quas eadem uxor nostra charissima justo titulo acquisierit, si quidem ea ex alio matrimonio liberos superstites reliquerit, iis illa omnia, quæcunque relicta, neque ullo modo ab ipsa vivente alienata erunt, cedere debebunt; si autem nullos omnino reliquerit liberos, Serenissimo regi, Sigismundo Augusto, vel successoribus ejus, regibus Poloniæ, ea restitui, atque procuratoribus ejus, vel successorum ipsius, ad amussim bona fide, et secundum justa et vera inventaria assignari Posnaniæ intra octo menses post mortem ejus proximos ab hæredibus et successoribus nostris legitimis debebunt."

Quæ quum ita sint, cautionem hanc frustra peti satis intelligitur. Ad Serenissimi enim Sveciæ regis et aliorum petitiones, commissionem item a Cæsarea Majestate impetratam quod attinet, quis est, qui non videat, non quid petitum a quoquam sit, sed quid jure petitum sit, aut peti debeat, spectandum esse.

Quod si ad privatas etiam Regiæ Majestatis literas provocat, quibus Regia Majestas pro Serenissima regina hæreditatis jure eas res petierit, nihil est, quod facilius expediri possit, eo enim tempore ista intercesserunt, quo in qua causa illa essent nondum constabat. Itaque

quum postea ex archivo prolatis monumentis, liquidius de jure suo Regiæ Majestati constare coeperit, neque tum ignoratio illa ejus extra jus præsertim adhibita, ulla in re ei præjudicare potuit, neque nunc Illustrem filium ducem sublevare. Quibus omnibus e rebus quum satis liqueat, non recte a Serenissima Majestate cautionem hanc peti, non dubitat, imo sibi certe persuadet, pactis ita jubentibus, Serenissimi regis mandatarius per sententiam suam etiam Illustrissimos principes commissarios, eorumque subdelegatos, ab ea liberum se pronunciaturos, idque, auctoritatem eorum ac officium implorans, petit.

Cautio de prosequenda lite expensisque refundendis, si modo juris scripti est, privati certe juris est: quumque omnis cautio eam ob causam interponatur, ut cautior ac securior quis sit, ad hanc indignitatem Serenissimum regem ab Illustrissimis principibus commissariis revocatum iri sibi non persuadet.

De vitiis contra libellum nulla certe de causa objectis, non deessent Serenissimi regis mandatario, quæ responderet, nisi ex jure gentium potius, quam civili, cui et Serenissimus rex regnumque ipsius minime subjectum est, et a quo ipsis etiam pactis est recessum, ad quod denique si exteri revocandi essent, omnia cum exteris principibus, qui eo jure non uterentur, commercia, omnisque agendi et contrahendi cum illis vicissitudo tolleretur, agere videri vellet. Quod tamen non eam ob causam dicit, quod non secundum ipsius etiam juris civilis regulas subsistere eum satis docere posset, si otio et tempore abuti, aut ulla ratione ad juris civilis solennitates adstringere se vellet. Nam et jurisconsultis ipsis testibus, verus et legitimus libellus est, quicunque tria ista contineat, causam, obligationem et actionem, quæ omnia ita perspicue expressa in eo putat, ut non modo quid petatur tam a judice, quam a reo, satis plane intelligi possit. Verum quemadmodum ante ita ostensum est, satis est, si secundum pacta atque jus gentium, id est æquitatem ipsam petitio instituta sit; quum vel iis ipsis juris peritis, quorum ille allegationibus utitur, authoribus, tum antiquissimis, quam recentioribus, et ex juris varietate actionem variari, proque nationum diversitate libellos etiam varie concipi posse doceatur.

Ad plus petitionem, quæ objicitur, quod attinet, negatur plus in eo peti, quam ex pactis peti debere appareat. In quibus, quæ generaliter aut specifice expressa sunt, eadem in libello quoque vel generaliter vel specialiter comprehenduntur, dolo malo et calumnia semotis, adjectaque clausula, salvo jure addendi et minuendi, qua, ut doctoribus ipsis placet, omnes hujusmodi de libellis cavillationes concidunt.

Reliqua quæ contra libellum objiciuntur, hujusmodi fere sunt, ut quum libellum impugnent, per ejus latus pacta ipsa petant, ea tamen omnia ad hæc fere capita revocari Serenissimi regis mandatarius intelligit, ut quædam vel jam ante soluta Illustri Dominæ Sophiæ dicantur, quemadmodum dos et summa Neapolitana; quædam ab illa ipsa partim inter vivos, partim in codicillis donata esse, ad quam causam donum nuptiale, aliæque quædam partim donationes, partim legata referuntur, quædam non tanta esse, quanti a Serenissimi regis mandatario æstimentur: quæ in genere parapherna ac supellex relicta ponuntur, quorum æstimatio, artificibus quibusdam adhibitis, longe minor inventa dicatur, quam a mandatario regis asseratur. Secundum hæc impensæ etiam quædam referuntur:

Tandem vero ut maxime reliqua aliqua in hereditate fuerint, quæ in ea causa fuerint, ut restitui debuerint, ea tamen restituere Illustritatem ejus obligatam non fuisse, propterea quod jam ante extra ditionem ejus translata fuerint. Easque omnes ob res partim non potuisse repeti, quæ semel soluta essent, contenditur, partim ipsa pacta solutione sublata jam esse, neque ex iis agi nunc posse; partim etiam non tantum, quantum petitur, peti debuisse, tum etiam non utrumque, rem nimirum et pœnam præstari debere, asseritur.

Ad primum brevissime respondetur: negari solutam videri rem, quæ alteri, quam cui debetur, voluntate ejus non accedente, soluta sit, quod adeo verum est, ut vel in jure civili in hac ipsa specie facti, in qua nunc versamur, non dubitet dicere jurisconsultus: „Si quis pro muliere dotem dederit, conveneritque, ut quoquomodo dirempto matrimonio ipsi solveretur; postea maritus uxori dotem solverit, rectissime dicitur, exactionem nihilominus ei, qui dedit, contra maritum competere." Res per se clara nulla probatione alia opus habet, quemadmodum et alterum, quod clarissime in pactis exprimitur, ut, soluto sine liberis matrimonio, Serenissimo Poloniæ regi, Sigismundo Augusto, ejusque successoribus, Illustris princeps Dominus Henricus, illiusque successores dotem reddere obligati sint. Non modo igitur secundum pacta hæc, verum etiam jus commune utrumque, et dos nimirum, quæ pactis recepta est, et si quæ præterea justo titulo acquisivit, quæ quia in eadem causa sunt, ut pacta habent, repetuntur. Ita ut quum hujusmodi asserta solutio, nullo modo pro solutione haberi possit, pactorum obligationem minime etiam perimere potuerit, eaque in suo robore adhuc perstent: quod vel tacite ipse Illustris Domini Julii ducis mandatarius, quum una hac re infirmare illa conatur, concedit, quo nimirum modo exceptio in casibus non exceptis regulam firmat.

Ad donationes et legata quod attinet, quam recte ea ab iis petantur, qui et testes et exactores eorundem futuri sint, nondum hic Serenissimi regis mandatarius disputandum sibi putat, id solum ei opponit, non potuisse Serenissimi regis aut successorum ejus jus imminuere, in re, quæ ita potestatis ejus non fuerit, ut vel pactis ipsis privata ea sit, quum nimirum neque de rebus, quarum restitutionem alter sibi in casum non susceptorum liberorum stipulatus sit, vel jure communi testandi facultatem habere potuerit: Et si hujusmodi aliqua potestas pactis ei tributa videatur, ea ad exiguas omnino ac paucissimas revocetur, ab aliis autem vel his ipsis pactorum verbis excludatur. „Neque ullo modo ab ipsa vivente alienata erunt." Hæc autem et ipsa de paucissimis tantum, tum autem cum effectu etiam, ut jurisconsulti aiunt, in pactis præsertim, quæ stricti juris esse illis ipsis placet, accipienda esse; quum contextus et sensus ipse pactorum, tum natura verborum ostendit; qui tamen effectus nullus hic apparet, quum omnia in tempus post mortem collata videantur. Qua in re ne suspicionibus, aut assertarum donationum et dispositionum nullitatibus inducendis locus sit, altius de his disputare non intendit.

De æstimatione paraphernalium rerumque relictarum nihil aliud dicendum sibi Serenissimi regis mandatarius nunc putat, quam talem se æstimationem posuisse, qualem doceri a se posse confidit, si res ipsæ exhibeantur, quam si Illustrissimo principi Domino duci Julio præstare non videatur, in ipsius potestate, ut res ipsas restituat, erit. Nam quod peritissimis quibusdam artificibus adhibitis, longe minorem earum valorem repertum agit, id quale sit, Illustritas ejus ipsa

facile perspicit, quum neque prolatis inventariis, quæ ab Illustritate ejus adhuc detinentur; neque iis, ad quos res pertinet, vocatis, facta sit, si modo facta est. In universum autem hoc dicit, etiamsi longe majorem summam posuisset, jure tamen id facere sibi contra morosum nimirum ac hujusmodi possessorem licuisset, contra quem etiam ad infinitum procedere, ac in litem vocare possit, quum sibi imputare debeat, qui moram faciat.

Ad impensas allegatas quod attinet, scit Illustris Domini Julii ducis mandatarius et quales impensæ, et quomodo repeti possint, quum et non omnes impensæ, sed saltem in rem dotalem factæ, neque eæ simpliciter, sed necessariæ saltem, aut utiles intra certum modum probentur; atque ita ut repetantur potius, quam retineantur; quum retentiones fere omnes in causa dotali jure communi etiam sublatæ sint. In res dotales quidem impensum hic nihil, vel parum apparet. Ad funeris autem sumptum quod attinet, alienum negotium gessisse se scit; sumptumque hujusmodi omnem, si prius recipiendi animo a se factum docuerit, ad æquitatem revocari.

Quod non simul debita et poenas secundum pacta repeti posse, nisi syllabæ hæ, rato manente pacto, adjectæ fuerint ex Jasonis et doctorum sententia; Illustris ducis mandatarius contendit: contra id non libet nunc, quemadmodum antea etiam ostendit, Serenissimi regis mandatario Jasonem et doctores excutere, quorum auctoritate si uti vellet, non minus contra se contorqueri eam posse, quam ea se adjuvari; Illustris ducis Julii mandatarius scit: sufficit ex pactis ipsis utrumque recte peti, satis apparere.

Ad quod extra ditionem suam pecunia aliqua translata, ad restituendam eam obligatum se non fuisse dicit, refutatione longiori opus non habet, quum vel una clausula illa, quæ in omnibus hujusmodi possessionibus spectari solet, satis id refutet: neve sciens possidere desierit, aut neve per eum stet, quominus possideat. In sua enim potestate eam fuisse, quum non modo omnes res, nomina etiam et actiones post mortem Illustris Dominæ Sophiæ occupaverit, verum earum ipsarum etiam pecuniarum partem a civitatibus receperit, usuras autem adhuc percipiat, chirographa retineat, quibus a Serenissimo rege repeti ea possint, negare non potest. Accedit huc, quod et in pactis ipsis nulla hujusmodi cautionis mentione adjecta, præcise ad restituenda ea omnia se, successoresque suos Illustris quondam princeps Henricus obligaverit. An autem ex dignitate Illustrissimorum Germaniæ principum sit, hujusmodi effugia contra expressa pactorum verba quærere, Illustrissimi Domini commissarii ipsi eorumve delegati judicabunt.

Cur obscuritatis libellum insimulet, causæ nihil Serenissimi regis mandatarius videt. Repetuntur enim parapherna in genere. Valor paraphernæ in specie, quæ non modo cohærere posse, sed necessario conjungenda esse illis ipsis doctoribus placet, quum non valere petitionem, si aurum, vel argentum, vel alia species petatur, et pondus vel materia non exprimatur, tradunt. Repetitur eos, summa Neapolitana, cæteraque in libello specificata, integra, donec vel potuisse Illustrem Dominam Sophiam quicquam de iis minuere; deinde etiam re ipsa et cum effectu de iis aliquid imminutum esse, aut non in ea causa esse, ut integra restituantur, doceatur.

De conclusione libelli, quæ et ipsa in dubium vocatur, refert se Serenissimi regis

mandatarius ad articulum 17, in quo diserte postulatur, ut sententia ex omnibus in libello nominatis et productis feratur.

Manet igitur id, omnia ad quæ pactis Illustris quondam princeps Henricus se, successoresque obligavit, tam dotem nimirum, quam donum nuptiale, parapherna, summam Neapolitanam, aliaque ab Illustri Domina Sophia viva legitime quondam acquisita, cum omnibus eorum fructibus et accessionibus, quam pœnas pactis comprehensas, ab Illustri Domino Julio duce, eaque ex pactis, ut quæ nulla vel asserta solutione, vel aliis effugiis perempta sint, recte repeti: repeti autem integra, donec vel potuisse ea secundum pacta minui, vel etiam re ipsa minuta esse, idonee doceatur, commemorato denique libello juste et legitime repetita esse: te eaque præstanda ut sententia sua mediante Illustrissimi Domini commissarii Illustritatem ejus pro æquitate et auctoritate sua condemnent, iterum hisce petit; non obstantibus allegationibus et inductionibus quibuscunque, quibus etiam, si legitimæ essent, quod minime conceditur, per pacta ipsa tamen tueri se Illustritas ejus non possit, in quibus omnibus juris beneficiis, exceptionibus et protestationibus expresse renunciatum est.

Quantum deinde ad articulos libelli producti attinet, primum et secundum mandatarius rei conventi ipse veros fatetur.

Idem de tertio Serenissimi regis mandatarius non dubitat eum dicturum, si vel vera inventaria proferrentur, quæ in hunc diem ab Illustri Domino Julio duce detinentur, vel res ipsæ exhiberentur.

Quartum et quintum etiam ita se habere probari potest.

Idem de sexto et septimo dicitur.

Ad ea quæ contra octavum et nonum afferuntur, jam supra responsum est, nihil hujusmodi factum, aut fieri etiam oportuisse, idonee doceri.

Decimus et undecimus ipsis verbis pactorum nituntur.

Quæ contra duodecimum disputantur, quum et ipsa verbis pactorum refutantur, tum superius etiam copiosius refutata sunt.

Ad decimum tertium etiam articulum responsio mandatarii Illustris ducis Julii pacta ipsa impugnat, quemadmodum superius satis ostensum est.

Quæ in decimo quarto articulo dicuntur, ea ex pactis ipsis necessario consequuntur, nec quicquam ab Illustris ducis Julii mandatario dicitur, quod, quemadmodum ante ostensum est, a pactorum observatione eum liberaverit, aut adhuc liberet, quominus nimirum et spoliatus Serenissimus rex sit, et in possessionem dictarum in libello arcium, et bonorum fructusque eorum ante omnia restitui debeat, quibus quemadmodum ante, ita adhuc Serenissimi regis mandatarius inhæret, utque secundum ea jus sibi administretur petit.

Articulus quindecimus simplici negatione tolli non potest: contrarium docet veritas, ut et civitatum responsa super hoc negotii data, ex [quibus] ab illis quotannis usuras percipi constat.

Idem de sequentibus quoque articulis dicitur: evidentia ipsa ac verbis pactorum veros eos esse doceri posse.

Ad postremi articuli responsionem satis et ante jam responsum est.

Ponuntur deinde ab Illustris ducis Julii mandatario articuli defensionales et elisivi circiter 80, quibus respondere Serenissimi regis mandatarius necesse non judicat, ne in idem vitium incurrat, in quo Illustris ducis Julii mandatarium incurrisse videt, ut nimirum eandem rem ter vel quater, aut etiam sæpius frustra incubet, quum scilicet jam ante satis fere ad omnia, quæ responsione digna visa sunt, responsum sit, tum vero ipsis etiam pactorum verbis pleraque confutentur.

Postremum a mandatario Illustris Domini Julii ducis juris, sive potius tergiversationis præsidium et refugium reconventio refertur.

De hoc non dicit jam Serenissimi regis mandatarius, quam illa nullis ex causis instituta sit, ut in qua nihil certi, nec quod petatur, nec a quo petatur, demonstrari possit: ut facile appareat ex somniis potius certorum hominum, quam ulla vera narratione aut fundamentis totam eam profectam esse, et tamen ita tractatur, ac si nihil ea magis cognitum perceptumque haberet; quumque ea res ad principum dignitatem et prærogativam, jura, statuta, libertates, consuetudines, statum denique regnorum pertineat, subjicitur tota privatis opinionibus et cognitioni ejus juris, cui neque personæ eæ, de quibus agitur, nec regna subjecta sunt, exiguo personarum, quæ commemorantur, respectu habito, ut taceatur jam quanto tempore interjecto ab inferis quodammodo revocentur. Quod enim de præscriptione nonaginta annorum dicitur, quam certum id sit, mandatarius ipse Illustris Domini Julii ducis non ignorat.

Verum hanc disputationem minime sibi necessariam hoc loco judicat, quum ut vera ac legitima reconventio esset, quam et iis de causis, quæ ante demonstratæ sunt, tam etiam quod Serenissimus rex nullius vel mobilis, vel immobilis rei in regno Poloniæ successor est, ut qui electione ad regnum pervenerit, et omnes reges pervenire soleant, nulla esse potest: tamen non ea hæc causa sit, in qua reconventio institui possit, aut concedi debeat, ut in qua neque compensatio, seu retentio de jure admittitur, quæ vel levior est, vel competitioni ut plurimum exequatur. Accedit huc, quod de possessione agitur, in qua a pactis Serenissimus rex collocatus, ab Illustri autem Domino Julio duce dejectus fuit, quæ et ipsa res conventionem excludit, ut de aliis causis jam non dicat, quas et ipsi Illustris Domini Julii ducis mandatario non ignotas esse arbitratur, quod denique pacta ipsa sicut alias tergiversandi vias, ita hanc quoque removent.

Hæc sufficere hoc tempore Serenissimi regis Poloniæ mandatarius putat, quæ ad prolixam Illustris Domini Julii ducis mandatarii responsionem replicando diceret. Quas replicationes admitti, et secundum eas sententiam ferri, adversarium juxta pacta matrimonialia ad reponenda, restituenda, solvenda, ad quæ ipsis pactis tenetur, cogi et compelli, elusiones, exceptiones, protestationes ipsius pactis contrarias rejici, se penes pacta et contractus matrimoniales conservari, et secundum ea processum, judicium, cognitionem, sententiam formari et proferri, ad superflua et pactis contraria probanda, refutanda, diluenda non adstringi, justa Dominorum commissariorum sententia mediante petit, super eisque omnibus auctoritatem ac officium eorum implorat. — Actum Francoforti ad Viadrum, prima die octobris, anno Christi 1584 Juliani calendarii.—

Martinus Skrzetuski
Sacræ Regiæ Majestatis mandatarius, capitaneus Mesericensis.

XLIII.

Literæ a summo pontifice, Gregorio XIII, ad Illustrissimum et Reverendissimum D. Petrum Kostka a Stengenberg, episcopum Culmensem.

Gl 39. Ex Hist. mss. Possetiir arch. St. Aug. regis.

Venerabilis frater, salutem et apostolicam benedictionem. Nihil plane est, quod episcopos et pastores omnes tam laborare oporteat, quam ut animarum saluti prospiciatur, ut catholica religio sanctissime retineatur, propageturque, ut omnibus in rebus Dei gloriæ inserviatur, quibus potissimum de causis consuevit Sedes Apostolica nuntios ad catholicos principes mittere. Hoc fraternitatem Tuam intelligere et conari non dubitamus, quo etiam certius habemus Tuam auctoritatem atque operam, ubi res postulabit, venerabili fratri Hieronymo, episcopo Camerinensi (1), viro præstanti, doctrina, fide, pietate prædito, quem ad Poloniæ regem nostrum et Sanctæ hujus Sedis nuntium ordinarium mittimus, non defuturam. Omnibus igitur in rebus nuntii nostri verbis fidem tribues. Datum Romæ apud Sanctum Marcum sub annulo Piscatoris, die 27 octobris, anno Domini 1584, pontificatus nostri anno XIII.

XLIII. (1) Ten Hieronim, biskup Kamerinoński, nazywał się Bowiusz. Nastąpił po nuncyuszu Bolognetti, dwa lata niespełna w Polsce zabawił, i ustąpił miejsca Annibalowi z Kapui, arcybiskupowi Neapolitańskiemu, którego papież, Sixtus V, dla potwierdzania elekcyi Maxymiliana przysłał. Nie doszły do nas z nuncyatury Bowiusza żadne pisma.

XLIV.

Prośba Panów Zborowskich do braci szlachty, w Zborowie dnia 30 oktobra 1584 roku napisana (1).

(1) Jest drukowana z rękopismu biblioteki Kórnickiej w dziele: Pamiętniki o Samuelu Zborowskim przez L. S. Poznań, 1844, p. 62–70.

XLV.

Wotum pana Krzysztofa Zborowskiego na sejmiku w Proszowicach, anno Domini 1584.

z biblioteki Kórnickiej

.......[Po długim wstępie nie mającym żadnego związku z rzeczą, tak dalej Krzysztof Zborowski mówił].

Mówię tedy, miłościwi panowie a bracia łaskawi, że sprawy te et gravamina Rzeczypospolitey, o których się tu naradzić mamy, nie są tak trudne aby ich virtus nostra, iedno się iey nie puszczaycie, pódług potrzeby odprawić nie mogła. A zgrzeszył li król, uniósł li się, coż powinności swey, my mamy prawa nasze, w które weyrzawszy iak w zwierciadło, znaydziemy w nich, albo iako go nawieść albo zrucić zgoła tanquam indignum, et hoc nomine et hoc munere mamy. Ieśli perjurus, a tego co poprzysiągł in sacro Dei evangelio ante divinum altare nie dzierży, y o tem w statutach naszych znaydziemy, a sam ten munsztuk na się włożył, y dowiemy się tam snadnie wieleśmy Bogu perjuria judicando, a wiele sobie zostawili. Głosy ten tam artykuł nie potrzebuie, mamy conditionale pactum z pany naszemi, są kopce usypane, iako daleko władza ich a posłuszeństwo nasze rozciągać się ma. Ograniczona iest potentia iego y posłuszeństwo y powinność nasza, niech potrząsa rworzem iako chce niech sobie szablę poprawuie iako rawy, niech mówi: volo esse rex, nec pictus, nec fictus, wszystko mu to nie poydzie; wiedział wszak o iakie się królestwo starał, wiedział quibus conditionibus ono przyiął. Wiemy co rzekł: sic me Deus adjuvet et sanctum ejus evangelium, wieżesmy go do praw naszych szafowania ad eo illotis manibus nie przypuścili, aż też i sobie samemu legem imposuit. A inaczej królem Polskim próżno być, pomyśleć miał, ferat itaque legem, quam suscepit; albo więc eadem lege pierwey napominan, a potem immediate karan być musi. Mówi, iż nie chce być rex pictus, ale i to niech wie, że my mu niechcemy być Siedmiogrodzany, in quos ira et furore debachari, tam za górami iemu wolno było, póki mu się zdało, y tu u nas póki mu tego prawa dopuszczają. Zależnie prawem oni święci a sławni królowie nam królowali, którzy y swobód naszych nietylko sacro sancte przestrzegali, ale y przyczyniali nam ich, a nie rozumieli tego o sobie, aby reges ficti essent. Owszem cesarz Karzeł piąty, on wielki monarcha niezwyciężony, Zygmunta, świętego króla naszego, względem cnót, lat królewskich y zacności oycem zwać, a patris nuncupari titulo bynaymniey nie wstydził się. Także y innych królów chrześciańskich niemało, którzy by

pewnie uczciwości takiey królom polskim nie wyrządzali, gdyby ie pro pictis et imaginatis regibus uznawali. Niewiem tedy czego ten novi honoris filius po nas chce. podobno mu tego niedostawa, aby purpureo diademate capiti imposito, et veste Persica, pro idolo a nobis adoretur. O tem myśleć próżno; chrześcianie śmy i Polacy ktemu. Panowie moi, niewiem iakobyśmy to rozumieć, że nie rzekę przystoynie uczynić mieli, gdybyśmy kondycyi tych, którym wszyscy królowie polscy regii sanguinis tu między nami et nati et educati podlegali, z panem tym dzisieyszym, iż tak urodzonym y tak uchowanym, i tey iako wierny nacyi przestrzegać mocno nie mieli. Z któremi kondycyami albo artykuły im on sobie naybardziey złyskuie, ~~iuramentu królewskie~~ ~~go~~ i na ten munsztuk ~~utęsknienia~~ utęskniwa, tym nam pilniey na to mieć oko, aby z niego iako nam nie wyurdał się, nietylko potrzeba Rzeczypospolitey radzi, ale y rozum nam do tego drogę pokazuie. Juramentu królewskiego, miłościwi panowie, dzierżeć się nam obiema rękoma potrzeba, od niego ne latum quidem unguem odstępować iemu nie dawaymy, niechcemy li w tem wolnem królestwie wolności i gardeł pod mieczem katowskim mieć, do juramentu sprawy wszystkie królewskie jako do próby przywodźmy: ruszyło li się co artykułów, poprawiemy ich nie ~~mając~~ mijaiąc nic, albo przestąpili vel minimum, actum est de nobis: ~~quaesitis, in~~ iedną dziurą wszystkie się wolności wyśliżną. Mamy króla, acz wszystkich przymiotów i cnót, wierzę, że królewskich, ale in libertate aurea neque natum, neque educatum, urodził się sam sub jugo servitutis, a tak in servitute żył, potem skoro dominari coepit, servis dominabatur: a tak trzeba mu uszy nomine libertatis często nacierać, o który iako iest smaczna, et omni pretiosior auro, nie dawno mało wiedział; przetoż też ignoti nulla cupido, co i ztąd snadno znaczy się, iż mu taka edukacya przystąpiła, iakom powiedział. Widzimy też, że oto ad ~~severitatem~~ severitatem quam ad benignitatem est proclivior, a w surowości ~~bardziey~~ okazania bardziey wędzidła niż ostróg potrzebuie, którey ostrości królów my wolni Polacy Macedonczykowie nie potrzebuiemy, transferatis servile jugum do narodów tych, którzy takiey pracy przywykli. Myć królów potrzebuiemy, qui prosint plurimis, noceant nemini, et regia benignitate diis ipsis similes evadant, monstraque ~~haec inania~~ hec inania unguibus ex his planiciis nostris submovenda sunt, et in abditos specus et latebrosa antra releganda.] A toż ea consultatio z strony królewskiey coby iakożkolwiek tu między nami dotkniona będzie, snadnie bez wszelakiego zaiąkania odprawiona być może. Bo mamy, iakom rzekł, pacta et leges, wedle których my equestris ordo una cum senatorio my sami judicabimus causam. Jeśli też, miłościwi panowie, obiecania iakie privatis personis w niey przełożone będą, jakoż bez tego być nie może, tedy y w tem snadna rezolucya, kiedy każdy swoie prywaty odłożywszy na stronę, obruszony do sprawiedliwości dopomoże, nie maiąc na żadnego albo ad privatam

9. Króla JMci napomnieć y prosić in instanti, za instygacyą wszech nas, aby sprawiedliwość uczynił z pana Zamoyskiego, kanclerza Koronnego, który nad prawa opisane ważył się wziąć starostwo Krakowskie, trzymaiąc drugie sądowe, nie maiąc przedtem osiadłości, iakiey konstytucya uczy, w ziemi Krakowskiey, nie będąc indigena. Za czem się takie errata namnożyły, iakie przedtem nigdy nie były. Bo naprzód surrogatora, starostą będąc, dał nad prawo, gdyż podstarościego tylko a sędziego grodzkiego w prawie mamy, który szlachcica poczciwego Narbutta poymał y w więzieniu obelżywie chował, potem dał podstarościego, non indigenam, cum ficta possessione człowieka, który więcey gwałtów y grubych postępków, o czem zawsze na seymie pełno było, wywać zwykł, a niżeli prawa przestrzegać. Ten cudzoziemców na zamek Krakowski nawiódłszy, rusznicami onych ustroiwszy, despekty czynił nieznośne: Pana Palczewskiego na zamku w nocy naszedł na burgrabstwie, gwałtownie kilka drzwi wybił y posiekł, sługi poranił, w domu co mu się zdało pobrał. Także z hayduki na dom w nocy uczciwey białey głowy, Pani Włodkowey, naszedł, dwór obstąpiwszy palić chciał, drzwi siekierami wysiekł, pani y białym głowom wszystkim despektów naczynił, sługi posiekł, poranił, skrzynie, skrzynki y kąty wszystkie porozbiiał, wszystko w domu złoto y srebro wyłupił, wyplondrował. Także gwałtownie Pana Samuela Zborowskiego, acz banitę, ale nie wedle czasu y mieysca poymał, bez instygacyi żadney panu starościc swemu oddał. Także Daniela burmistrza Krakowskiego w domu gwałtownie dobywał y bić kazał, y wiele inszych despektów

miasto obrony wyrządzał. Tenże powinności swey nie pilnuiąc, a sam się wtrącaiąc, przez vice gerentes nad prawo sądy odprawował, y insze rzeczy nieznośne czynił.

A starosta nad prawo ludziom szlacheckim osiadłym obelżywie przed sobą stawać, a drugich nad prawo iurysdykcyi sądu swego łapać, y miasto Kraków zamykać kazał. Tenże starosta rzekomo exekucyą czyniąc, Samuela Zborowskiego nad prawo y wolności szlachcica, choć wywołańca, ale na śmierć nieosądzonego, sine instigatione partis laesae w więzieniu dzierżąc, haniebnie w katowskie ręce podał y ściąć okrutnie dał, prawie iuż wszystko łamiąc y wniwecz obracaiąc. Z tych tedy przyczyn prosimy, aby wedle praw naszych starostwo mu odięto y wsze dignitarstwa, y aby poena talionis skarana była. Gdyż prawa nasze ad instigationem partis laesae imać, nie ścinać, w więzieniu dzierżeć, aż do usprawiedliwienia stronie tak o dług, iako y o głowę, banita staroście chować pozwalaią. A iż on swowolnie nad prawo wolą Króla JMci uczynił był, był też y woli Króla JMci dogodzić nie mógł, gdyż to gardło nie było na łasce Króla JMci, a iednak ważył się, ad instigationem nostram ad meritas poenas suae temeritatis odnieść powinien.

XLVII.

Andreae cardinalis Bathorii literae ad cardinalem Sirletum. 86

Teka Naruszewicza ~~87~~ 91. Ex cod. Vatic. inter Vatic. 6180. p. 13

Illustrissime et Reverendissime Domine. Facit singularis Illustrissimae Dominationis Vestrae erga me benevolentia, ut licet longo ab illa locorum intervallo dissitus, illius tamen oblivisci nunquam possim. Quamobrem has ad Ill. Dominationem Vestram scribendas judicavi, quibus observantiam meam, et promptum inserviendi voluntatem illi testatam reddere possem. Perveni jam tandem Cracoviam post longos itineris labores, Deo sit gratia, salvus et incolumis. Nunc Mecoviae (Miechoviae) in praepositura mea maneo, officio meo quam maxime possum invigilans. Expecto Regiae Majestatis mandata, num et quando me ad se venire jubeat; distat enim hinc longius. Ubi potestas mihi data fuerit Majestatem illius colloquendi, nunquam apud illam praedicare intermittam ea humanitatis officia, quae tam liberaliter in me contulit Ill. Dominatio Vestra, diemque illum cumprimis hilarem ducam, quo mihi oblata fuerit occasio Dominationi Vestrae Illustrissimae inserviendi, quam ut et cito, et frequenter mihi porrigere velit, majorem in modum ab Ill. Dominatione Vestra peto. Quod reliquum est, opto Dominationi Vestrae Illustrissimae diu beneque feliciter valere. Datum Mecoviae, die 3 novembris, anno Domini 1584.

Il cardinale Bolognetti al cardinale di Como.

Annales Eccl. Theineri, t. III, p. 781.

Sejmik w Wiszni zerwany, podobnie i w Szadku, województwie Sieradzkim, gdzie z powodu głosów przeciw kanclerzowi Zamojskiemu przyszło do dobycia pałaszów. Obie strony wyszły z kościoła, gdzie się sejmik odbywał, i stanęły na dziedzińcu jakby do boju. Ale niektórzy poważni senatorowie przekładając obom stronom, jak niezgoda prowadzi do upadku Rzeczypospolitej, nie dopuścili użycia dobytej już broni. Wzięto się potem znowu do sejmikowania, i zamiast czterech posłów zwyczajnie w tem województwie wybieranych pięciu wybrano, którym polecono w danej im instrukcyi ująć się za Zborowskimi i otrzymać dla nich zadosyćuczynienie co do wyrządzonej im przez kanclerza krzywdy. Co do zamachu na życie króla, polecono dochodzić tej zbrodni na tych, którzy się jej winni okażą, zawsze w przypuszczeniu, że Zborowscy są od niej wolni. Krewny wojewody Łaskiego, który to wszystko co się działo w Szadku nuncyuszowi opowiedział, dodał także, że posłowie mają zlecenie do niczego wprzód na sejmie nie przystąpić, aż probostwo Miechowskie, zamek Lanckoroński i opactwo Sulejowskie cudzoziemcom odjęte zostaną (1). Varsavia 15 novembre 1584.

Drobniejszym drukiem

LVIII. (1) Król nadał probostwo Miechowskie swemu synowcowi Andrzejowi, zamek i starostwo Lanckorońskie naprzód Bekieszowi, a po śmierci Bekiesza wdowie jego, która poszła za Wesselina; mnichów Sulejowskich skłonił do wybrania opatem Fabiana Dulmata.

XLIX.

Dimissio regii internuntii in primo conventu Marienburgi habito (¹).

Teka Naruszewicza 97. Ex Hist. Prussiæ Lengnichi, t. III, 75.

Principio Serenissimæ Majestati Regiæ, Domino suo clementissimo, Domini consiliarii Terrarum Prussiæ amplissimis verbis immortales agunt gratias, quum quod per Dominum oratorem ad ipsos clementiam suam regiam benignissime deferre dignata fuerit, tum quod paternam plane pro communi Republica curam

---

XLIX. (¹) Poseł królewski na sejm prowincionalny Pruski w Malborgu zebrany, Jan Szorc, starosta Kiszawski, opowiedział Stanom po polsku zaszłe w ciągu dwóch lat ostatnich w sąsiedztwie Polski i w niejże samej ważne zdarzenia. Naprzód o zatardze między Polską a Turcyą z powodu napadu w roku zeszłym Niżowców z Samuelem Zborowskim na Bender i zamordowania przez Turków koniuszego królewskiego, Podlodowskiego, z kupionemi końmi do Polski wracającego. Sułtan oświadczył w liście do króla, że tylko przez wzgląd na dawną z Rzecząpospolitą przyjaźń, wyrządzoną sobie przez Kozaków krzywdę puszcza po raz ostatni w niepamięć. Wspomniał także poseł o pogróżkach nowego hana Tatarskiego, Islam Giraja, którego Porta na miejsce stryja jego w niełaskę popadłego, Mehmeta Giraja, na hanstwo wyniosła. Dla tego król wniesie na przyszły sejm walny lepsze opatrzenie granic od Turcyi i Tataryi, gdzie teraz mało jest bardzo żołnierzy, a i ci nie pobierając regularnie żołdu, muszą się żywić u chłopów i szlachty.

Pokój z Moskwą skończył się śmiercią Iwana Wasilewicza: Następca jego, młodzieniaszek miałkiego rozumu, a bojarowie między sobą niezgodni, kłócą się o opiekę nad nim i o panowanie nad carstwem. Przyszło już między nimi do ubijatyk i wzajemnych mordów. Należałoby korzystać z tak dogodnej pory, wzmocnić także z tej strony granicę, i uczynić z Moskwy przedmurze przeciw silniejszemu nieprzyjacielowi. Zyskałyby na tem i ziemie Pruskie przez pomnożenie swego handlu. Co Stany o tem na sejmie walnym postanowią, to król chętnie do skutku przywiedzie.

O Inflantach na ostatnim sejmie (1582), który spełzł na niczem, nic nie postanowiono. Ledwie tam nie przyszło do wojny z królem Duńskim o osierocone śmiercią Magnusa starostwo Piltyńskie. Spór ten załatwił xiążę Pruski wyliczeniem królowi Duńskiemu 30.000 talarów, które teraz zięciu Pruskiemu zapłacić potrzeba.

Nadmienił nakoniec poseł o niesłychanej dotąd w Polsce rzeczy, o zamachu Zborowskich na życie króla, który za zdaniem senatorów postanowił wnieść ich sprawę na sejm przyszły. Nie skłoniło go do tego niebezpieczeństwo własnej osoby, ale nadwyrężenie dobrego imienia Polaków, słynnych u innych narodów z wierności ku swym królom; tym bardziej że nie poczuwa się do niczego, coby mogło dać powód do takiej przeciw niemu zawziętości.

Ponieważ list królewski na zwołanie sejmu prowincyonalnego za późno doszedł, i dla tego mało się posłów od szlachty i miast zjechało, proszą Stany króla o zwołanie przed sejmem walnym drugiego około Bożego Narodzenia.

et sollicitudinem susceperit, et eorum etiam quæ ad has Terras seorsim spectant, clementissimam rationem habuerit, majorem in modum rogantes, ut D. orator vicissim Majestati Regiæ persuadere velit, nihil ipsos habere antiquius, nihil impensius curare, quam ut fidem et studium in Serenissimos reges et nomen Polonum a majoribus sibi traditum, non solum servent, sed auctum etiam posteris relinquant, hocque ipsos quum semper alias, tum præcipue hoc rerum statu facere.

Ad legationem vero ipsam quod attinet, parati quidem fuissent, deliberationem eo nomine suscipere et Domino oratori certum aliquod responsum dare, verum quum id non nisi communicatis consiliis, præsentibusque omnibus, quos consiliis publicis interesse oportet, fieri consueverint, literæ vero Serenissimæ Majestatis Regiæ, quibus conventus hic indicitur, per cubicularios regios aliquanto tardius redditæ fuerint, quemadmodum id ex quorundam eo nomine cubiculariis dato testimonio apparet, et D. palatini nobilitatem et reliquos, qui ad consilia publica pertinent, in ea temporis angustia commode convocare non potuerint, rogant initio demississime, ne id Serenissima Majestas Regia in aliam quam optimam partem accipere, deinde ut ad deliberationem isthanc communi nomine instituendam, alium ante futura regni comitia, conventum, loco non incommodo, Grudentum, ante ferias Natalilias indicere clementissime dignetur, ut omnes illi, quos consiliis publicis interesse oportet, tempestivius convocari, de rebus in legatione propositis deliberatio suscipi, et electis simul internuntiis hoc statui possit, quod harum Terrarum earundemque incolarum necessitas exigere videbitur. Et quamvis hoc per se potuissent, noluerunt tamen, Serenissima Majestate Regia, Domino suo clementissimo, irrequisita, nequa Majestatem ejus Regiam offenderent, facere, nihil dubitantes, quum ea re non nisi publicum spectetur commodum, Serenissimam Majestatem Regiam, ipsorum æquissimis precibus et rationibus consensum suum regium clementissime accomodaturam, et de indicendo eo conventu quantocius benignissime significaturam esse. In quorum fidem sigillum harum Terrarum præsentibus est impressum. Actum die 19 mensis Novembris, anno a Jesu Christo nato 1584.

L. Regis Poloniæ Stephani litera ad cardinalem Sirletum.

Ex cod. ms. Vaticano, 6180 (1). pag. 6

91 43

L. (1) List ten z Grodna do listopada pisany, jest odpowiedzią na list kardynała Sirleti z dnia 29 lipca tegoż roku. Znajduje się w dziele: Relacye nuncyuszów apostolskich o Polsce, t. 1, p. 454.

LI.

Citatio edita contra Christophorum Zborowski a Sacra Regia Majestate.

Teka Naruszewicza 97. Ex mss. arch. St. Aug. regis, et ex mss. bibl. Zaluski, 398.

Tibi Generoso Christophoro Zborowski de Zborow, de persona tua, ac bonis omnibus tuis, si quæ tu in regno nostro dominiisque eidem annexis, et quovismodo habere prætendis, mandamus, ut coram Nobis consiliariisque nostris lateri nostro assessuris in conventu nostro generali Varsaviæ, aut ubicunque locorum proxime immediateque celebrando, sexta die ab inceptione ejusdem conventus, prima tum exclusa, personaliter et legitime compareas, ad instantiam Majestatis Nostræ Regiæ, instigatorisque nostri regii. Citamus te, instigatorque noster citat, pro eo: quia tu, postposito boni civis et fidelis subditi officio, cum certis personis, tibi de nomine ac cognomine melius notis, cum quibus salva specialis reservatur actio, contra personam nostram regiam machinatus es, peregrino principi, cum quo Nobis tunc bellum fuerat, operam tuam addixisti, et literas nomini dignitatique nostræ regiæ adversas, Reipublicæ nocivas, ac plane seditiosas scripsisti, et quantum in te fuit, Nos et Rempublicam turbare, ac ut Nos dignitate et vita, ita Rempublicam pace et tranquillitate privare intendisti, prout tibi in termino advenienti præmissa latius declarabuntur; pro quibus poenas læsæ Majestatis Nostræ, ac eas, quæ hostibus et proditoribus patriæ debentur, commeruisti. Citaris itaque ad videndas et audiendas contra te, ob ea crimina commissa, poenas condignas, per Nos consiliariosque nostros decerni et extendi. Sis itaque judicialiter responsurus, alioquin contumacia tua non obstante judicialiter contra te procedetur. Datum Grodnæ, feria secunda ante festum Sancti Andreæ apostoli, anno 1584.

LII.

Duplica mandatarii Illustris Julii principis, ducis Brunsvicensium et Luneburgensium, rei conventi, contra mandatarium Magnificum oratorem Serenissimi et potentissimi regis Poloniæ actorem.

97 46 Ex mss. bibl. Zaluski, 253.

A Sacra Romana Imperatoria Majestate deputati commissarii, Illustrissimi principes, electores, Domini clementissimi. Adversus replicam a Magnifico oratore Serenissimi ac potentissimi principis ac Domini, Domini Stephani, regis Poloniæ, Magni ducis Lithuaniæ, necnon principis Transilvaniæ, prima die octobris Francoforti ad Oderam exhibitam, debito ac justo modo procedendo Illustris principis ac Domini, Domini Julii, ducis Brunsvicensium et Luneburgensium, rei conventi, mandatarius duplicando proponit et dicit, Magnificum regium oratorem exceptiones a se nomine Illustris sui principis contra Magnificentiæ ipsius libellum objectas, per dictam replicam minime infregisse. Acceptat tamen nihilominus mandatarius Illustris principis Julii omnia et singula, quæ in prædicta replica a Magnifico regio oratore ad commodum, emolumentum et utilitatem sui principis, rei conventi, posita sunt, aut quacunque ratione pro Illustri principe Julio facere possunt, contra ea autem, quæ Illustri Julio principi adversari videntur, mandatarius Il

lustris ipsius Celsitudinis generalia tam juris, quam facti adfert.

Ac ut Magnificus regius orator aperte videat et intelligat, suam Magnificentiam exceptiones mandatarii Illustris Julii principis replicando minime enervasse, mandatarius ad singula replicationis capita, sigillatim respondere constituit: imprimis vero mandatarius repetit, ac pro verbo tenus repetitis haberi vult omnes suas in jure et facto fundatas, ante a se propositas protestationes et exceptiones cum annexis defensionalibus et mutuis petitionibus, ab iisque discedere non potest, antequam judiciali sententia declaratum fuerit, quid de propositis exceptionibus sentiendum, utrum omnes, an quædam duntaxat ex iis admitti, et libellus a Magnifico regio oratore judicialiter oblatus, in totum rejici, aut corrigi, vel mutari debeat, sicuti libellum rejiciendum, aut saltem corrigendum, vel mutandum esse mandatarius Illustris Julii principis ex rationibus nervosissimis, ex legibus, et interpretum traditionibus desumptis non diffidit.

Hac repetitione superiorum protestationum et exceptionum cum annexis defensionalibus et mutuis petitionibus salva, quam Illustris Julii principis mandatarius salvam esse vult, de quo omni meliori modo, quo id de jure aut consuetudine fieri potest aut debet, protestatur, cum Magnifico regio oratore æquum esse censet mandatarius Illustris Julii principis ut secundum tenorem recessus Francofordiensis, quoad ejus fieri potest, procedatur, et omnibus controversiis hinc inde inter Serenissimum et potentissimum regem Poloniæ et Illustrem ducem Julium existentibus quam celerrime finis imponatur. Hoc unice exoptat Illustris Julius princeps, eaque heroica natura præditus est, ut unicuique, quod suum est, secundum præscriptum divinarum et humanarum legum libenter tribuat inde et e contra pium, sanctum, laudabile, et divinis ac humanis scriptis consonans est, ut quod Celsitudini ipsius natura, jure ac legibus debetur, id Celsitudini ipsius vicissim tribuatur. Etsi autem Magnificus regius orator affirmat, se secundum recessum Francofordiensem processurum; tamen Magnificentia ipsius quam longissime a recessu Francofordiensi recedere et id agere videtur, ut controversiæ, quas Illustris Julius princeps quam citissime sopitas cupit, protrahuntur. Etenim Magnificus regius orator aptam, idoneam, congruam et concludentem actionem non instituit, monitus libellum non emendavit, ad defensionales et mutuas petitiones Illustris Julii principis singulariter singulis non respondit; quum tamen in recessu Francofordiensi claris, apertis et perspicuis verbis traditum, et legibus et constitutionibus Imperii cautum et consuetudine omnium hominum memoriam excedente firmatum sit, ut actor idoneum, omnibus vitiis carentem et concludentem libellum judicialiter exhibeat, et non minus ad defensiones et mutuas petitiones rei conventi respondeat, quam ipse reus ad impetitionem actoris respondere obstrictus est, quod sane prudenter recessui Francofordiensi insertum, sapienter legibus et constitutionibus Imperii cautum, et proinde consuetudine receptum esse, nemo sana præditus mente inficiari potest, quum libellus fundamentum totius judiciarii processus sit, et defensio juri naturali, gentium et civili adscribatur, quæ ob id nemini denegari potest, nec debet, quum defensione denegata aut sublata ipsum

natura jus gentium et civile denegatum aut sublatum sit, idemque de mutua petitione sentiendum est, quæ in jure naturali, gentium et civili, imo in sacris literis, quæ præcipiunt, ut quod nobis fieri volumus, id aliis quoque præstemus, fundata est, quemadmodum a mandatario Illustris Julii principis in superioribus exceptionibus cum annexis defensionalibus et mutuis petitionibus latius est deductum. Ex quo apparet, Magnificum regium oratorem omnino obligatum esse, idoneum et concludentem libellum offerre, et ad defensiones ac mutuas rei conventi petitiones respondere: etsi de eo in recessu Francofordiensi nominatim nihil esset dictum, jam vero multo magis Magnificentia ipsius ad hoc tenetur, quum recessus Francofordiensis in specie libelli defensionalium et mutuarum petitionum mentionem faciat, et defensiones mutuasque petitiones Illustri principi Julio permittat. Cuum autem Magnificus regius orator libellum multis vitiis suppositum judicialiter exhibuerit, cumque monitus non correxerit, et ad singulos articulos defensionis mutuæque petitionis Illustris Julii principis singulariter non responderit, Magnificentia ipsius frustra jactitat se inhærere recessui Francofordiensi, et vigore ipsius procedere, quum re ipsa recessum Francofordiensem non sequatur. Ut igitur factum ipsum verbis consonet, et recessui Francofordiensi, quoad ejus fieri potest, satisfiat, et actor et reus, quod utrique debetur, consequantur, et omnis occasio protelandi litis procul removeatur, mandatarius Illustris Julii principis a Magnifico regio oratore, qua debet reverentia petit, ut Magnificentia ipsius recessus Francofordiensis, juris naturalis, gentium et civilis rationem habeat, libellum congruum, aptum et concludentem exhibeat, et ad defensiones mutuasque Illustris Julii principis petitiones, ad eum modum, quo mandatarius Illustris Julii principis ad singulos articulos intentatæ adversus Julium principem actionis respondit, convenienter et decenter, prout juris et consuetudinis est, respondendo procedat, quod eo magis Magnificus regius orator facere tenetur, quod Magnificentia ipsius in exordio replicationis suæ omnia juris remedia et beneficia ad justitiam consequendam necessaria implorat, et simul protestatur omni meliori juris formula, quod ad superflua se adstringere nolit. Cuum itaque Magnificus regius orator pro se jus civile scriptum adducat, et remediis ac beneficiis juris civilis scripti adversus Illustrem Julium principem in hac causa uti contendat, nihil certe æquius duci aut excogitari potest, quam ut Magnificentia ipsius illo jure, quo adversus Illustrem Julium principem procedi postulat, utatur, et secundum dispositionem juris civilis procedat, congruam et concludentem actionem instituat, defensionibus et mutuis petitionibus Illustris Julii principis respondeat, et se ad forum rei conventi accommodet, memor ejus, quod legibus proditum est, et apud omnes sanæ mentis homines observatur, actorem rei forum sequi debere, alias juris ordinem converti. Sic enim a Diocleciano et Maximiano, imperatoribus, est rescriptum: „Juris ordinem converti postulas, ut non actor rei forum, sed reus actoris sequatur." Et cum civili jure pontificum Romanorum decreta, quæ Polonia agnoscit, consentiunt. Ita enim Alexander tertius pontifex Romanus inquit: „Actor forum rei sequi debet." Omnia igitur jura, omnes leges,

constitutiones fori ipsius rei conventi actor sequi debet, et sequi cogitur; quod quum facit, tum demum: forum rei conventi sequi dicitur. Si negligit, juris ordinem, ut imperatores loquuntur, convertit. Ne ergo Magnificus regius orator, qui forum rei conventi sequi tenetur, videri possit juris ordinem invertisse; Magnificentiæ ipsius opera danda erit, ut secundum leges in foro rei conventi receptas, idoneam, aptam et concludentem actionem formet, exhibeat, et ad defensionem ac mutuam petitionem mandatarii Illustris Julii ducis respondeat. Quod si hoc sponte et ultro Magnificus regius orator non fecerit; mandatarius Illustris Julii ducis Illustrissimorum principum electorum auxilium implorat, quam humillime petens, ut Illustrissimi principes electores suo officio fungantur, et pro auctoritate a Sacra Romana Cæsarea Majestate Illustrissimis ipsarum Celsitudinibus concessa, Magnifico regio oratori mediante judiciali sententia injungant, ut Magnificentia ipsius secundum præscriptum legum et consuetudinum imperialium, ac normam et regulam decretorum pontificalium, leges in foro Illustris rei conventi usitatas sequatur, congruam et concludentem actionem instituat, singulis articulis defensionis et mutuæ petitionis singulariter respondeat, et denique omnia illa faciat, quæ juris, stili ac consuetudinis sunt, a quibus omnibus Magnificus regius orator hoc prætextu se eximere non potest, quod asserit, se ex pactis dotalibus agere, in quibus omnibus et singulis tam canonicis, quam civilibus juribus, constitutionibus, privilegiis, beneficiis, et aliis quibuscumque exceptionibus renunciatum sit. Nec enim inde Magnificus regius orator unquam efficiet, Illustrem principem Julium nullis exceptionibus, defensionibus, mutuis petitionibus adversus pacta dotaria se defendere posse, quum certi, clari et indubitati juris sit, quod exceptionibus generaliter sublatis, intelligantur sublatæ duntaxat exceptiones inanes, frivolæ, a jure non cognitæ, non autem legitimæ et a jure communi vel statuto admissa. Tales esse constat exceptiones contra libellum Magnifici regii oratoris productas, itemque articulos defensionis et mutuæ petitionis Illustris Julii principis, quæ omnia idcirco pactis dotalibus minime sublata sunt: quinimo Illustris parens Julii principis, dux Henricus junior, piæ et felicis memoriæ ac recordationis, [si] in vivis adhuc esset, Celsitudo ipsius omnibus legitimis exceptionibus, defensionibus et mutuis petitionibus adversus cujusvis impetitionem uti posset. Iniquissimum ergo esset Illustri Julio principi legitimas exceptions, defensiones et mutuas petitiones denegare, ipsiusque Celsitudinem deteriori loco constituere, quam Celsitudinis ipsius parens, inclitus et nunquam satis laudatus heros, dux Henricus junior fuerit. Hinc intelligitur, Illustrem principem Julium contra Illustris parentis sui obligationem neutiquam venire, quod Celsitudo ipsius legitimis exceptionibus, defensionibus et mutuis petitionibus utitur, quibus Celsitudinis ipsius Illustris pater, si viveret, uteretur, et optaret mandatarius Julii principis Magnificum regium oratorem, quæ juris apertissimi sunt, aliquanto accuratius perpendere, et parcius objicere viris principibus, quæ honorem et existimationem ipsorum quodammodo perstringere posse videntur. Et quum omnes a mandatario Illustris Julii principis in medium allatæ exceptiones, defensiones et mutuæ petitiones, legitimæ, ut dictum est, sint, eæque Illustri Julio principi jure et legibus, ut satis superque ostensum est, competant, nul-

lam poenam videri potest Illustris Julius princeps incurrisse, quod legitimis exceptionibus, defensionibus et mutuis petitionibus, quæ omnia in generalem renunciationem omnium exceptionum non veniunt, ut supra ad vivum demonstratum est, Celsitudo ipsius per mandatarium suum usa est. Nec enim pœnam aliquam meretur aut peccat, qui quid legibus permittentibus facit.

Deveniendo nunc ad protestationes a mandatario Illustris Julii principis interpositas, novit mandatarius, quid et quantum potestati et auctoritati Cæsareæ Majestatis et Illustrissimorum principum electorum tribuendum sit, nec ipse auctoritati et potestati Cæsareæ aut principum electorum quicquam detrahere cupit. Ea autem potestas non eo usque se extendit, ut Sacra Cæsarea Majestas cogere quem possit, ut in processum a jure communi remotum, eumque angustissimum se intromittat. Et in ordinatione cameræ imperialis a toto Sacro Romano Imperio approbata, certus modus est præscriptus, secundum quem omnes causæ judicialiter dirimi debeant, eumque modum, qui cum veteri jure civili congruit, imperator transgredi non potest. Quinimo si tale quid ad postulationem partis alicujus facere præsumat, et causas a camera ad se avocet et inhibeat, camera ne procedat, judices et assessores cameræ imperialis ipsi imperatori rescribere solent, cameræ imperiali suum cursum relinquendum esse, quod imperator per modum contractus in ordinationem cameræ consensit, et ideo ad ejus observantiam obligatur. Nec propterea quicquam de potestate imperatoria decedit, quæ magna quidem et incomparabilis est, maxime quum imperator de plenitudine potestatis procedat, ea tamen ad malum et injuriam aliorum extendi non debet, ne plenitudo potestatis tempestatis plenitudo fiat. Ex quibus consequitur, non sine ratione a mandatario Illustris Julii principis in exceptionibus scriptum fuisse, Illustrem suum principem a Sacra Romana Cæsarea Majestate compelli non posse, ut relicta legitima juris via, se in processum angustissimum ante hæc tempora vix auditum intromittat. Meminit Illustris Julius princeps Serenissimum ac potentissimum principem ac Dominum, Dominum Fridericum regem Daniæ, Norvegiæ, litem quandam cum episcopo Lubecensi, Eberhardo ab Holle, habere, et Sacram Cæsaream Majestatem ad instantiam Serenissimi regis commissarios deputasse, et episcopum coram commissariis quidem comparuisse, ea tamen lege, ut legitime in causa procederetur, et ipsi episcopo tandem, si sententia contra eum ferretur, ad cameram Imperii appellare liceret. Hoc exemplum, quod ante annos vix sex contigit, Illustris Julius princeps optimo jure sequi posset citra Serenissimi et potentissimi regis Poloniæ injuriam, quum qui jure suo et beneficiis a jure indultis utitur, nemini injuriam faciat.

Cæterum Illustris Julius princeps, ut Serenissimo et potentissimo regi Poloniæ, Domino et affini suo, gratificaretur, et ostenderet se nihil magis cupere, quam ut inter Regiam Serenitatem et Celsitudinem ipsius subortæ controversiæ, quamprimum æquo et justo legum tramite deciderentur, et Regia Serenitas, si quid Serenitati ipsius deberetur, a Celsitudine ipsius consequeretur, et Celsitudo ipsius vicissim a Serenissimo rege affine acciperet, quod Celsitudini ipsius jure et legibus deberi probatum fuerit, in formam agendi ab Illustrissimis principibus electoribus non gravatim ea lege consensit, ut si termini ad

procedendum constituti in ipso causæ processu nimis angustati viderentur, laxiores termini curentur, quod Illustrissimos principes electores, sacræ Romanæ Imperatoriæ Majestatis commissarios, non improbaturos mandatarius Illustris Julii principis omnino confidit, eaque reservatio pactis, ut Magnificus regius orator contendit, non adversatur, quum inter Serenissimum et potentissimum regem Poloniæ et Illustrem Julium principem non ex pactionibus procedatur, sed ex forma recessus Francofordiensis, quam Illustres principes electores per delegatos suos commissarios præscripserunt. Nec potest prædicta reservatio universum illustrissimum nomen Germanicum in invidiam apud exteros principes adducere, quum non solum principes Germaniæ, sed etiam Italiæ, Galliæ, Hispaniæ, Lusitaniæ, et aliarum gentium in re civili in iis casibus, quibus constitutiones regni et statuta locorum deficiunt, utantur. Nec illi grave dicunt esse litigantibus justa tempora concedere, intra quæ confici possint, quæ ad causam necessaria sunt. Quinimo opinio ista, quam de Germaniæ principibus alii hactenus conceperant, non elevabitur, sed potius apud exteros principes crescet, ubi compertum habuerint in Germania omnibus justitiam ex æquo administrari, omnibus justa tempora ad procedendum in lite dari, nullum nisi sufficienter auditum condemnari. Hic versus est juris ordo, quo observato, omnia debite, juste et legitime fiunt, nec quisquam de injuria sibi facta conqueri poterit: si secus fiat, omnia indebite, injuste, illegitime procedunt, et partes de injuria sibi facta non immerito conqueruntur. Et dum Magnificus regius orator prædictum in jure procedendi ordinem difficultates et captiones appellat, duram in se provinciam recipit, totum jus civile et pontificium, quo hic ordo procedendi continetur, quod a multis retro sæculis omnes sapientes, prudentes, cordati, sæculares et ecclesiastici laudarunt, suspexerunt, admirati sunt, et adhuc laudant, suspiciunt et admirantur, difficultatum et captionum verbis contemnens, dispiciens, damnans.

Mandatum a Magnifico regio oratore recte est postulatum: nemo enim ad aliena negotia tractanda absque mandato admitti debet, et mandatum non præsumitur, nisi producatur, etiamsi lapsus multorum annorum intercesserit. Et quum ne nunc quidem ad postulationem mandatarii Illustris Julii principis mandatum exhibeatur, præsumptio contra Magnificum regium oratorem est, quod legitimum mandatum habeat nullum: profecto ista conjectura, eaque præsumptio eo magis contra Magnificum regium oratorem militat, quod ipsius Magnificentia potuisset facile exhibere mandatum, si voluisset. Nec quicquam prodest Magnifico regio oratori, quod de suo mandato Illustrissimis principibus electoribus fidem fecerit: hoc enim non sufficit, quum et parti adversæ de mandato plene constare, et copia parti petenti dari, itemque apud acta relinqui debeat, alias mandatum nihil probat, neque præsumptio est, quod agens mandatum habeat.

Non minus recte petita fuit indemnitatis cautio, sicuti jura in exceptionibus in medium allata evidenter probant. Non obstat, quod a Magnifico regio oratore dicitur, ad præstandam cautionem indemnitatis actorem tunc compelli non posse, quando reus eum qui post acturus est, exceptione submovere potest. Etenim hanc exceptionem aut limitationem juridicum esse mandatarius Illustris Julii principis negat. Ideo enim

ut Serenitatis ipsius literæ, quæ suo tempore producentur, clare testabuntur:

reus, ipso Magnifico regio oratore teste, ab actore cautionem requirit, ut adversus quoscunque impetitores securus esse, et se ab omnibus litis sumptibus eximere possit. At ille qui actionem excipere cogitur, quamvis actorem repellere possit excipiendo, non omnino securus est, nec litis sumptus effugit, sed ut securus sit, nec ullos litis sumptus postea subeat, cautione habet opus, eaque præstita, si postea conveniatur, litem ei, qui cautionem præstitit, denunciare potest, quo facto ipse securus redditur, et ab omnibus litis sumptibus liberatior. Ex quo apparet Magnifici regii oratoris exceptionem aut limitationem jure non subsistere. Sed posito, minime tamen concesso, dictam exceptionem esse juridicam, nihilominus indemnitatis cautio Illustri Julio principi præstanda erit. Etenim quod dicitur Serenissimum et potentissimum Sveciæ regem ab Illustri Julio principe exceptione repelli posse, ex eo capite, quod Serenitas ipsius nulla monumenta habeat, quibus quæ ab Illustri Sophia, conjuge Illustris principis Henrici junioris, relicta sunt, petere possit, non satis firmum est, propterea quod Illustris Domina Sophia exemplar testamenti a se conditi et subscripti ac sigillati ad sororem suam reginam Sveciæ paulo ante suum ex hac vita discessum in Sveciam misisse dicitur, et pactis dotalibus factio non est sublata; neque tolli potuit, quum nihil sit, quod magis hominibus debeatur, quam ut supremæ voluntatis (postquam jam aliud velle non possunt) liber sit stilus, et licitum quod iterum non redit arbitrium. Ipsa etiam pacta dotalia Serenissimum et potentissimum Sveciæ regem agere volentem non repellent, quum pacta, quibus hæreditas legitimis hæredibus aufertur, et ad alios transfertur, jure et legibus non subsistant, ut multa sacratissimorum imperatorum rescripta, et jurisconsultorum responsa abunde testantur. Magnificus regius orator ipse intelligit, Serenissimo et potentissimo Sveciæ regi jus non deesse petendi ea, quæ Illustris Domina Sophia post mortem suam reliquit. Et idcirco Illustri principi Julio cautione merito opus est, qua conventus a Serenissimo et potentissimo Sveciæ rege tutus esse, et litem a se in Serenissimum et potentissimum regem Poloniæ transferre possit, maxime quum Illustris Julius princeps a Serenissimo et potentissimo Sveciæ rege semel atque iterum per literas et legatos ad hoc missos monitus fuerit, ne ulli hominum, quicunque is esset, Celsitudo ipsius, quæ ab Illustri Domina Sophia relicta essent, traderet: quum omnia illa, aut major illorum pars ad Serenitatis ipsius, Serenissimam reginam conjugem, spectarent, ut Serenitatis ipsius literæ, quæ suo tempore producentur, clare testabuntur; et Serenissimas reginas Poloniæ et Sveciæ, germanas sorores defunctæ Illustris Dominæ Sophiæ, ab hæreditate excludi non posse, neque etiam debere, Serenissimus et potentissimus rex Poloniæ Stephanus ipse censuit, datis ad Sacram Cæsaream Majestatem literis, quibus Regia ipsius Serenitas pro Serenissimis reginis intercessit. Et quamvis Magnificus regius orator factum hoc ita excusare conatur, quod isto tempore literæ emissæ fuerint, quo nondum constiterit, quæ in causa essent, quæ Illustris Domina Sophia reliquisset; tamen Magnificentiæ ipsius notum est, Magnificentiam suam in dieta prima Magdeburgi habita, copiam pactorum dotalium, de quibus Illustri Julio principi ante illud tempus nihil innotuerat, mandatario Illustris Julii principis exhibuisse, et nihilominus petiisse hæreditatem, non solum pro Serenissimo et potentissimo rege Poloniæ, verum etiam simul pro Serenitatis ipsius Serenissima conjuge, quod certe factum non fuisset, si Serenissimus rex Po-

loniæ ipsiusque Serenitatis consiliarii et Magnificus regius orator non censuissent, pactis dotalibus non obstantibus, Serenissimas sorores defunctæ Illustris Dominæ Sophiæ ab hæreditate relicta in universum excludi non posse. Et hoc de cautione indemnitatis, quam mandatarius Illustris Julii principis principi suo præstari, et Magnificum regium oratorem ad hoc condemnari, iterum atque iterum quam humillime petit.

Cautionem de prosequenda lite et refundendis expensis juris esse scripti, et quidem publici juris, ut sunt omnes leges et constitutiones, jam ante in exceptionibus abunde probatum est. Et quum actor forum rei sequatur, et legibus in foro rei receptis subjiciatur, ut superius ostensum est, usitatumque sit, maxime in foro Saxonico, ut de prosequenda lite et expensis idonee caveatur: Magnificus regius orator non debet sibi persuadere ad indignitatem aliquam se revocari, si ad id, quod a sacratissimis imperatoribus constitutum est, qui nihil quod dignum non sit, suis constitutionibus complexi sunt, revocatus fuerit.

Vitia, quibus libellus a Magnifico regio oratore oblatus laborat, talia sunt, ut excusari non possint prætextu juris gentium, quo Magnificus regius orator se agere affirmat. Etenim Magnificus regius orator cum principe Germaniæ negotium habet, qui certis legibus et constitutionibus est subjectus, easque Magnificentia ipsius sequi tenetur, sicuti Julius princeps cogeretur sequi leges et constitutiones ac consuetudines regni Poloniæ, si Celsitudini ipsius in Polonia cum aliquo jure experiendum esset. Et hoc est, quod omnes gentes, ac procul dubio ipsi etiam Poloni dicunt, actorem sequi forum rei. Sed et jus gentium non est chaos quoddam, et inordinata aliqua confusio, sed tale jus, quod naturalis ratio inter omnes gentes constituit, ut sacratissimus imperator Justinianus jus gentium definit in Institutione tit. de jure naturali gentium et civili, et per naturalem rationem significat imperator notitias mentibus hominum insitas, quibus justum ab injusto separatur, licitum ab illicito secernitur. Notitiæ autem mentibus hominum implantatæ hoc dictant, ut qui alium convenire vult, claram, apertam et perspicuam actionem instituat, ex qua et pars conventa scire possit, quid petatur, et judex possit intelligere, in quid reum conventum, si condemnandus est, condemnare debeat. Tale vero nihil ex libello a Magnifico regio oratore exhibito constat, sed libellus est obscurus, incertus, perplexus, in eoque plus petitur, quam peti debebat, quod totum juri gentium et naturali adversatur. Ex quo descendit quod dicitur, neminem debere locupletari cum alterius jactura et damno: nam hominem hominis damno locupletari, magis est contra naturam, quam mors, quam paupertas, quam cætera, quæ homini accidere possunt, ut præclare a Cicerone traditum est. Hoc amplius quum jus gentium sit, quo omnes homines, aut ii saltem, qui ratione volunt vivere, utuntur, ut Theophilus jus gentium describit, et omnes homines non solum Germani, sed etiam Itali, Galli, Hispani, Lusitani et alii in quotidiano usu observent, ut libelli in judiciis exhibiti iis vitiis careant, quibus Magnifici regii oratoris libellum scatet, jam dicendum erit non solum meri juris civilis esse, ut vitia a libellis absint, sed etiam juris gentium, quum maxima pars hominum, qui recta ratione reguntur, hoc velint, ut justi, apti, aperti, clari, perspicui et concludentes libelli ex-

hibeantur. Frustra igitur jus gentium prætexitur ad excusationem vitiorum, quibus libellus Magnifici regii oratoris est refertus.

Pactis quoque ab observatione juris civilis recessum non est, nec libellus Magnifici regii oratoris hoc colore defendi potest, quum pacta prætensa nusquam extent, et præter pacta, quæ contra leges et constitutiones fiunt, non servet, et quoties pactum a jure communi remotum est, hoc est juri communi adversatur, servari hoc non oportet, quia publicum jus privatorum pactis mutari non potest. Et ut alibi dicitur, nec ex prætorio, nec solenni jure privatorum conventione quicquam immutandum est, nec ex prætorio de regula juris, et pacta, quæ contra leges constitutionesque fiunt, nullam vim habere indubitati juris esse sacralissimus Antonius imperator rescripsit.

Hoc amplius vitiis, quibus libellus Magnifici regii oratoris laborat, per hoc medicina nulla adferri potest, quod Magnificus regius orator prætendit, tolli omnem agendi et contrahendi cum exteris vicissitudinem, si libelli ad juris civilis præscriptum revocandi essent. Nam tantum abest, ut exteri videntes et intelligentes apud Germanos bono, justo et legitimo ordine omnia peragi, ut absterreantur a vicissitudine cum illis agendi et contrahendi, ut potius ad agendum et contrahendum cum ipsis invitentur. Quis enim recta ratione præditus non mallet cum his potius agere et contrahere, qui certis et immotis legibus reguntur, quam cum illis, qui nullo jure certo, nullis certis legibus utuntur?

Et quamvis Magnificus regius orator affirmat, libellum Magnificentiæ ipsius omnia illa complecti, quæ secundum jurisconsultos libello comprehendi debent; tamen nimium ea in parte Magnificentia ipsius sibi ipsi placet, sicuti ex iis, quæ in exceptionibus contra libellum in specie producta fuerunt, liquide constat. Et vel ex hoc uno Magnificus regius orator satis intelligit, quod Magnificentia ipsius in libello conclusionem omisit, quæ nunquam omitti debet, quandoquidem in ea tota vis libelli consistit, et ad eam potissimum judex respicit. Quinimo etsi inepta fuerit narratio et causa petendi, si tamen apta sit conclusio et petitio, eaque satis judicem instruat, sufficit bene esse conclusum, conclusio enim, ut refert Angelus, ampliat, restringit et determinat totam actionem.

At Magnificus regius orator pro sua prudentia facile intelligit, libellum male a se formatum esse, et idcirco Magnificentia ipsius ad jus gentium, id est æquitatem ipsam, ut Magnificentia ipsius loquitur, iterum provocat. Sed nec jure gentium libellum obscurum, perplexum, intricatum, conclusionem et petitionem nullam habentem procedere, jam ante satis ostensum est: æquitas etiam non solum iis, quæ juris gentium sunt, congruit, ut sentire videtur Magnificus regius orator, sed etiam his, quæ juris civilis sunt. Et jurisconsulti duplicem æquitatem statuunt, naturalem et civilem, unde et Cicero in Topicis jus civile æquitatem definit constitutam his, qui ejusdem civitatis sunt, ad res suas obtinendas. Non igitur quæ juris civilis sunt, extra æquitatem sunt posita, sed potius in ipsa æquitate sunt fundata, ut jurisconsulti multis in ~~[illegible]~~ locis subinde repetunt et inculcant. Nihil ergo Magnificus regius orator efficit, libellum suum ex jure gentium, hoc est, ex æquitate, ut ipsius Magnificentia inquit, sustineri volens, quum quæ illa sit æquitas, nesciatur, et e contra æquitas certa

sit, quæ scripto est comprehensa.

Denique quod Magnificus regius orator putat libellum Magnificentiæ ipsius ex eo sustineri posse, quod secundum diversitatem nationum libelli aliter atque aliter concipiantur, in eo plurimum Magnificentia ipsius fallitur. Nam etsi mandatarius Illustris Julii principis non negat pro varietate nationum, libellos varie concipi posse; tamen hoc firmum est et procedit quoad territorium ipsarum nationum. In una natione et territorio unius nationis aliter formari potest libellus, quam in alia natione aut territorio alterius nationis. At quando quis ex una natione cum aliquo alterius nationis agere vult, necesse est, ut se accommodet ad forum rei conventi, et libellum taliter concipiat, qualiter in foro rei libelli concipi soleant. Et eam ob causam in singulis judiciis procuratores et advocati sunt constituti, ut homines exteri illorum opera uti possint. Et hoc est, quod ubique locorum dicitur: actorem forum rei sequi.

Plus a Magnifico regio oratore in libello peti, quam jure et legibus permittentibus peti debebat, ex iis, quæ in exceptionibus deducta sunt, constare mandatarius Julii principis existimat.

Nec satis est, quod Magnificus regius orator id negat: per simplicem illam negationem non tollitur jus certum ita sonans: quum sub poena aliquid promissum est, utrumque et pœna et id, quod promissum est, peti non potest. Et quamvis Illustris princeps Henricus junior, parens Illustris Julii principis rei conventi, in pactis dotalibus dotem promiserit restituere sub pœna, atque ita solutionis dotis et poenæ in pactis dotalibus mentio fiat; tamen inde Magnificus regius orator non recte arguit utrumque et solutionem dotis et pœnam judicialiter peti posse. Alterutro enim is, cui sub pœna quod promissum est, contentus esse cogitur, utrumque petere non potest, nisi nominatim hoc dictum et actum fuerit. Ac nominatim hoc dictum et actum esse censetur, si a contrahentibus adjectum fuerit, poenam peti debere et posse, rato manente pacto. Sed et hæc verba, dolo malo et calumnia semotis, non efficiunt, ut pœna, quæ alias cum eo, quod promissum est, peti non potest, peti possit. Id enim nusquam traditum est, et sine lege nihil est affirmandum. Clausula quoque: salvo jure addendi, minuendi, non hanc vim habet, ut cum eo, quod promissum est, pœna peti possit, sed hoc tantum operatur, ut libello quædam addi, quædam detrahi possint, et quum Magnificus regius orator de multis libelli a se exhibiti vitiis monitus sit, virtute dictæ clausulæ: salvo jure addendi, minuendi, corrigendi, Magnificentia ipsius libelli vitia corrigere, et quæ petita sunt, nec peti debent, libello detrahere debebat. Quod quum a Magnificentia ipsius factum non sit, mandatarius Illustris Julii principis petitionem suam exceptionibus subjectam repetit, petens in jure declarari et pronunciari, prout ibi petitum fuit, ad hoc Illustrissimorum Dominorum electorum, Sacræ Romanæ Cæsareæ Majestatis commissariorum, officium quam humillime implorans.

Quod ad reliquas replicæ Magnifici regii oratoris partes attinet, negat Magnificus regius orator dotem et summam Neapolitanam ab Illustri Julio principe solutam videri, ex hac ratione, quod non videatur soluta pecunia, quæ alii quam

ei, cui debetur voluntate ejus non accedente solvitur, et adducit in hanc rem l. quoties § final. soluto matrimonio quemadmodum dos petitur, ubi dicitur, si quis pro muliere dotem dederit, conveneritque, ut quoquo modo dirempto matrimonio ipsi solenniter postea maritus uxoris dotem solverit, rectissime dicetur, exactionem nihilominus ei qui dedit contra maritum competere. Male hæc omnia contra solutionem, quam Illustris Julius princeps fecit, afferuntur, et tamen ea tantopere Magnifico regio oratori placeant, ut affirmare non dubitet, rem per se claram esse, nec ulla alia probatione opus habere. Vult Magnificus regius orator dotem et summam Neapolitanam Illustri Dominæ Sophiæ debitam, solutam non fuisse. Hoc aperte falsum est, primum, quod ad dotem attinet, certum est, illam proprium fuisse Illustris Dominæ Sophiæ patrimonium per textum expressum, ubi summus ille vertex Ulpianus inquit: „Dos proprium mulieris patrimonium est," de quo in præsenti casu eo minus dubitari potest, quod dos 32,000 aureorum Ungaricorum sumpta sit de hæreditate paterna et materna Illustris Dominæ Sophiæ, quam ob causam ipsa dote accepta renunciavit hæreditati paternæ et maternæ, ut pacta dotalia, quorum copiam Magnificus regius orator mandatario Illustris Julii principis Magdeburgi exhibuit, clare ostendunt. Deinde luce meridiana clarius est, summam Neapolitanam ad alium neminem, quam ad Illustrem Dominam Sophiam spectasse. Ea enim pecunia illi fuit legata, et Illustris princeps Henricus junior, parens Illustris Julii principis, maritus Illustris Dominæ Sophiæ, magnis impendiis et sumptibus ex regno Neapolitano dictam pecuniam afferri curavit, simulque tantum apud Serenissimum Hispaniæ regem effecit, ut potentissimus rex Poloniæ, Sigismundus Augustus, legatum quoque Neapolitanum Serenitati ipsius relictum consequeretur; quod nunquam factum fuisset, si Illustris princeps Henricus junior apud Serenissimum Hispaniarum regem gratia et auctoritate non valuisset; et non solum pro Illustri sua conjuge, sed etiam affine, Serenissimo rege Sigismundo Augusto, apud Hispaniarum regem pro legato Neapolitano consequendo intercessisset, sicuti literæ Sigismundi Augusti, quæ suo tempore forte producentur, testabuntur.

Cum igitur et dos et summa Neapolitana proprium fuerit Illustris Dominæ Sophiæ patrimonium; ex regula, qua Magnificus regius orator usus est, efficietur, et dotem et summam Neapolitanam recte ab Illustri Julio principe Illustri Dominæ Sophiæ post mortem Illustris principis Henrici junioris solutam esse. Regula siquidem juris est, quod ei pecunia solvi debeat, cui debita est. Et quidem de summa Neapolitana nulla dubitatio esse potest, recte illam Illustri Dominæ Sophiæ solutam fuisse, quum summa Neapolitana ejus proprium fuerit, deque ea in pactis dotalibus in specie nihil cautum fuerit, neque caveri potuerit, propterea quod tempore pactorum dotalium legatum Neapolitanum neque in bonis regis Sigismundi Augusti, neque ipsius Illustris Dominæ Sophiæ fuerit. Sed constante jam matrimonio, studio, opera, labore et impensis ducis Henrici junioris Illustri Dominæ Sophiæ primum obvenerit. Quinimo ipsa Illustris Domina Sophia de summa Neapolitana in vita et in morte potuit disponere, ut sequentia pactorum dotalium verba clare ostendunt: „Illustris Domina Sophia aufert cunctam supellectilem, itemque aurum, argentum, clenodia, pecuniam, vestes, jumenta, et omnem aliam supellectilem importatam et comparatam, a marito datam, et suppeditatam, sive a quovis alio donatam, seu quocunque alio justo

titulo quæsita, quantacunque et qualiscunque ea fuerit, libere secum asportabit, liberamque his omnibus utendi, fruendi et arbitratu suo de iis disponendi facultatem habebit in vita et morte." De dote forte dubitari potest, propterea quod pacta dotalia volunt dotem Serenissimo regi Poloniæ, Sigismundo Augusto, ejusque successoribus restitui debere, sed pactis dotalibus diligenter inspectis, et non una duntaxat particula excerpta, pacta dotalia non impediunt solutionem dotis ab Illustri Julio principe factam. Etenim pacta dotalia volunt dotem debere restitui Serenissimo regi Poloniæ post mortem Illustris Dominæ Sophiæ. Hic solus et unicus casus in pactis dotalibus est expressus. Ille autem casus, utrum Illustri Dominæ Sophiæ statim post mortem Illustris sui mariti ab hæredibus solvi debeat, omissus est in pactis dotalibus: hoc ergo casu liberum fuit Illustri Julio principi dotem solvere, aut eam retinere, donec Illustris Domina Sophia viveret. Et quod licuerit Julio principi post mortem Illustris sui parentis dotem solvere, de hoc est textus expressus in libro, ubi Ulpianus jurisconsultus inquit: „Si, quum dotem daret pater, vel extraneus pro muliere, in unum casum pepigit, vel in divortium, vel in mortem, dicendum in eum casum, in quem non pepigit, esse mulieri actionem." Si mulieri in quem casum pactum non est conceptum, est actio: jam etiam marito libera erit solutio in illum casum, in quem pactum non est conceptum. Et si illo tempore, quo pacta dotalia facta fuerunt, partes invicem contrahentes interrogatæ fuissent, utrum hæredes Illustris principis Henrici junioris possent, si vellent, Illustri Dominæ Sophiæ dotem restituere ea lege, ut ipsa nihilominus omnia illa bona, quæ pro dote et donatione propter nuptias, sive contra dote obligata fuerunt, quoad viveret, retineret, et iis uteretur et frueretur, procul dubio respondissent, hoc ipsis licere debere, quum ea ratione non deterior, sed melior reddita fuisset conditio Illustris Dominæ Sophiæ. Ex his liquido apparet, Illustrem Julium principem non solum summam Neapolitanam recte solvisse Illustri Dominæ Sophiæ, verum etiam dotem, nec quicquam obstare pacta dotalia. Quinimo si pactis dotalibus nominatim cautum esset, dotem ab hæredibus Illustris principis Henrici junioris Illustri Dominæ Sophiæ non debere solvi; tamen Illustri Julio principi objici non posset, solutionem ab Illustri ipsius Celsitudine non debuisse fieri et factam non tenere. Nam Illustris princeps Julius pactorum dotalium nullam habuit notitiam, sed pacta ab iis dotalia, qui conciliatores nuptiarum extiterunt, callide fuerunt suppressa, propterea quod pactis dotalibus omnis succedendi spes Illustri Julio principi fuit præcisa: et auctores istorum consiliorum facile cogitare potuerunt, non bonam gratiam ipsos apud Illustrem Julium principem udituros, pactis dotalibus prolatis. Et idcirco, ut solent homines versuti et callidi, instrumenta dotalia occultarunt, ne Illustris Julius princeps quid ab iis factum esset, rescisceret. Hoc amplius Illustris princeps Henricus junior moriturus, Illustri suo filio Julio principi mandavit, ut dotem et summam Neapolitanam Illustri Dominæ Sophiæ solveret, ac Illustris Julius princeps, filius patri obsequentissimus, patris sanctam voluntatem executus est. Nihil ergo Julio principi, nullam notitiam pactorum dotalium habenti, et ad voluntatem Illustris sui parentis dotem una cum summa Neapolitana solventi, imputari potest. Sed ex prædictis omnibus clare evincitur, dotem non minus quam summam Neapolitanam a Celsitudine ipsius recte solutam esse, et solutione facta Celsitudinem ipsius fuisse liberatam. Et frustra Magnificus regius orator in dubium

revocat solutionem dotis maxime Illustri Julio principi liberationem adtulisse: quum Illustris Domina Sophia dotem solutam, itemque summam Neapolitanam non dilapidaverit, aut consumpserit, sed ex pecunia dotis et summæ Neapolitanæ nomine soluta civitati Magdeburgensi 20,000, et civitati Lipsensi 30,000, et Marchiæ veteri 20,000 talerorum crediderit. Quam pecuniam dum Magnificus regius orator in libello suo petit una cum dote et summa Neapolitana, plus petit, quam Illustris Domina Sophia unquam habuit, quamque petere debebat, ut in exceptionibus latius est ostensum.

Et quamvis Magnificus regius orator existimat omnia, quæ Illustris Domina Sophia acquisivit, in eadem causa cum dote esse, tamen ea in causa Magnificentia ipsius plurimum falsi ex pactis dotalibus poterit docere, quæ diserte dicunt, Illustrem Dominam Sophiam de omnibus clenodiis, omnibus pecuniis, quocunque justo titulo acquisitis, in vita et in morte posse disponere. Hoc si verum est, extra omnem est dubitationem, clenodia et pecuniam omnem in eadem causa cum dote non esse.

Regula quoque hæc, exceptio in casibus non exceptis firmat regulam, recte a mandatario Illustris Julii principis fuit adducta. At quomodo illam Magnificus regius orator ad suum propositum, solutionem ab Illustri Julio principe factam non esse, pro solutione habendum applicet, et applicare possit, mandatarius Illustris Julii principis fatetur se satis non intelligere.

Quæ contra donationes ab Illustri Domina Sophia factas, et legata ab ea relicta, afferuntur, prolixiori refutatione non indigent. Nam quod dicitur, eosdem et testes et exactores donationum et legatorum esse, id quorsum pertineat, et qua ratione ad Serenissimam Sveciæ reginam et Illustrem Illustris principis Julii conjugem accomodari possit, mandatarius Illustris Julii principis non satis assequitur. Id vero donationibus et legatis nihil obstat, quod Magnificus regius orator affirmat, Illustrem Dominam Sophiam jus Serenissimi regis non potuisse minuere, propterea quod de rebus restitutioni subjectis in casum non susceptorum liberorum testari non licet. Hoc enim non procedit, ubi testandi facultas nominatim permissa est de rebus restitutioni alias subjectis, quod in proposito casu contigit, ut pactorum dotalium verba paulo ante relata perspicue indicant: ea quippe ita sonant: „Illustris Domina Sophia habebit liberam facultatem omnibus clenodiis et pecuniis utendi, fruendi et de arbitratu suo disponendi in vita et in morte," et per dicta pactorum dotalium verba satis refellitur, quod Magnificus regius orator testandi facultatem pactis dotalibus Illustri Dominæ Sophiæ datam ad res exiguas et paucissimas restringendam censet. Verba enim pactorum dotalium hæc nimirum: habebit liberam facultatem de his omnibus disponendi in vita et in morte, sunt verba non solum generalia, quæ restrictionem non patiuntur, sed generaliter intelliguntur, ut omnia comprehendant. Et propterea a verbis pactorum dotalium longe alienum est, testandi facultatem de omnibus rebus concessam, ad res exiguas et minutissimas restringere. Sed ex illis pactorum dotalium verbis: „neque ullo modo ab ipsa vivente alienata erunt," non recte Magnificus regius orator colligit, Illustrem Dominam Sophiam de rebus suis suo arbitratu in vita et in morte, ut verba pactorum dotalium habent, non potuisse disponere, quum hæc verba hoc tantum se

lint, ea quæ a vivente alienata non sunt, restitui debere, non hoc esse quidem, quæ alienare non possint, quod quilibet sanæ mentis facile intelligit. Et parum est, quod dicitur, alienationis verbum cum effectu accipiendum esse, præsertim in pactis, quæ stricti juris sunt, et ob id excludi alienationes, quæ fiunt in ultima voluntate, ubi nullus effectus apparet, quum in tempus mortis conferatur. Et enim alienatione concessa non modo censetur concessa alienatio inter vivos, sed etiam in ultima voluntate. Unde consequitur alienationem in pactis dotalibus Illustri Dominæ Sophiæ concessam non solum de ea, quæ fit inter vivos, sed et de illa, quæ fit in ultima voluntate accipiendam esse, maxime quum alienationis verbum omnem actum significet, per quem dominium transfertur. Et in aliis pactorum dotalium partibus diserte dicitur, Illustrem Dominam Sophiam de omnibus rebus disponendi in vita et in morte liberam habere debere facultatem et potestatem, quibus verbis quid per alienationem paciscentes intellexerint, declaratur.

Ac mirum est, Magnificum regium oratorem, qui, scriptis legibus rejectis, ex solo jure gentium, hoc est ex æquitate, ut Magnificentia ipsius loquitur, quæ ubi cœpit, satis non scitur, agendum esse contendit, ultimam voluntatem Illustris Dominæ Sophiæ impugnare, quum ultimam hominis voluntatem gentes omnes sacrosanctam habuerint.

Aestimationem bonorum paraphernalium non aliunde quam ab artificibus petendam esse, mandatarius Illustris Julii principis recte a se in exceptionibus dictam esse putat. Nec poterit Magnificus regius orator in æternum docere, paraphernalia ab Illustri Domina Sophia relicta ejus valoris esse, ut medietatem ejus summæ, quam Magnificentia ipsius in libello expressit, attingant, quum Illustris Domina Sophia bonam partem paraphernaliorum ex Polonia adductorum in vivis alienaverit, et non alienata in ultima voluntate dulcissimis suis sororibus, Serenissimis reginis Poloniæ et Sveciæ, et Illustri conjugi Julii principis donaverit. Ideoque Magnificus regius orator paraphernalia Serenissimo et potentissimo regi Poloniæ restitui debere nullo jure flagitat, et si forte ii, quibus paraphernalia relicta sunt, æstimatione ab artificibus facta contenti non erunt, Illustri suo principi mandatarius grave non futurum putat, si denuo adhibitis artificibus æstimatio ineatur, et tunc in potestate legatariorum erit, vel ipsa paraphernalia, vel æstimationem eorum accipere. Nec est quod Magnificus regius orator de æstimatione facta dubitet, ad quam etiam ii, quorum interest, adhibiti fuissent, si temporis angustia (facta namque est æstimatio bonorum paraphernalium circa id tempus, quo Illustris Julius princeps suos mandatarios ad dietam Francofordiensem ablegare debuit) non obstitisset. Quod vero Magnificus regius orator affirmat, sibi propter moram ab Illustri Julio principe factam licuisse etiam majorem summam in libello exprimere, quam a Magnificentia ipsius factum sit, quum adversus morosum possessorem in infinitum in litem juretur; ad hoc mandatarius Illustris Julii principis respondet: primum doceri non posse, Illustrem suum principem in mora fuisse, aut esse, quia princeps Julius gravissimas habet causas, ob quas Celsitudo ipsius ad postulationem Magnifici regii oratoris ab Illustri Domina Sophia relicta restituere non potuerit, et non est in mora is, a quo pecunia peti propter exceptionem non potest. Illustrem autem principem Julium gravissimas habuisse causas, et etiam nunc habere ex defensionalibus articulis, quos mandatarius Celsitudinis ipsius pro-

posuit, quosque probare, ubi prius Magnificus regius orator ad eos responderit, paratus est, ad vivum constat. Deinde mandatarius negat juridicum esse, quod propter moram solam in infinitum in litem jurari possit. Hoc enim eo duntaxat casu receptum est, quo jussus a judice rem aliquam restituere, rem dolose non restituit, tunc adversus non restituentem in litem in infinitum jurari potest. Sic enim jurisconsultus inquit, ob dolum solum in litem juratur; non etiam ob culpam, hanc enim judex æstimat, et mora culpa est, non dolus, ut docet jurisconsultus. Denique legitimum non est, quod Magnificus regius orator existimat sibi licere pro suo arbitrio rem æstimare et in litem jurare. Nunquam enim licet hoc, nisi a judice jusjurandum prius delatum fuerit, et judicem deferre jusjurandum oportet. Cæterum si alius detulerit jusjurandum, vel eo non delato juratum sit, nulla erit religio, nec ullum jusjurandum.

Quæ Magnificus regius orator de impensis in res dotales factis, itemque de retentionibus sublatis in medium adfert, a propositis a mandatario Illustris Julii principis exceptionibus alienissima sunt: nihil enim mandatarius Illustris Julii principis de hujusmodi impensis attigit. Dixit quidem de impensis funebribus, itemque de impensis factis in consequendo legato Neapolitano, sed hujus generis impensæ plurimum distant ab impensis in dotem factis. De alienis igitur superfluum est multa verba facere, impensæ autem funebres Illustri Julio principi omnino debentur, eoque ex hæreditate deducuntur, et omne creditum solent præcedere, quum bona solvendo non sunt. Illustris Julius princeps funerando Illustrem Dominam Sophiam, et sumptus in funus faciendo, alienum negotium, ut Magnificus regius orator sentit, non gessit, sed contraxit cum Illustri defuncta Domina Sophia, et ob id actionem habet, quæ funeraria dicitur. Nec cogitur Illustris Julius princeps docere, ut Magnificus regius orator vult, sumptus a Celsitudine ipsius recipiendi animo factos esse. De quo ideo minus in præsenti causa dubitari potest, quod Illustris Julius princeps omnes impensas funeris quam diligentissime describi et annotari curavit, eo statim tempore, quo ipsæ impensæ factæ sunt. Et quum Illustris Domina Sophia ex sanguine regum Poloniæ procreata fuerit, et maritum habuerit, cujus majores imperatoria dignitate exornati fuerunt, impensæ in funus ipsius factæ, tam ratione personæ ipsius, quam mariti, immodicæ videri et censeri non possunt. De impensis factis in consequendo legato Neapolitano, nihil a Magnifico regio oratore dictum est. Hæ autem impensæ, non minus quam funebres, Illustri Julio principi jure et legibus debentur, et ipsius Celsitudini refundendæ sunt. Nec potest Illustri Julio principi objici, dictas impensas a Celsitudinis ipsius Illustri parente remissas fuisse, propterea quod Celsitudinis ipsius Illustris parens ea minus non repetierit. Hoc enim non donandi aut remittendi animo factum esse ex iis, quæ paulo ante deducta fuerant, satis constat, sed idcirco ut familiaritas, amicitia et concordia conjugalis conservaretur. Et nunquam præsumitur donatio aut remissio, quando quid jure familiaritatis, ut scilicet familiaritas, amicitia, amor, concordia, servaretur, factum fuisse videri potest. Quod si frater major habens propria bona, stet in communione cum fratribus, et expendat de suo in rebus et ædificiis communibus, et diu stans cum iis, non repetat, non ideo censebitur donasse, sed jure familiaritatis expendisse. Ad eundem ergo modum jure concludendum, Illustrem principem Henricum juniorem non idcirco videre donasse, quæ in summam Neapolitanam consequendam erogavit, quod ea illico

non repetiverit, quum Celsitudo ipsius id non donandi animo, sed jure familiaritatis fecerit. Et ideirco Illustris princeps Julius erogata in summam Neapolitanam consequendam optimo jure repetit.

Debita et pœnam simul peti non posse, jam ante satis ex jure demonstratum esse, mandatarius Illustris Julii principis existimat, et Magnificus regius orator contrarium nunquam docere poterit. Nec hæc pugna, utrum sub pœna promissum una cum pœna peti possit, est de syllabis, ut jocose Magnificus regius orator sentire videtur, sed de mente et voluntate contrahentium, et omnes prudentes non solum jurisconsulti, sed sacratissimi etiam imperatores a mille annis ita voluntatem et mentem contrahentium interpretati sunt, ut quum sub pœna quid promittitur, contrahentes, vel id tantum, quod promissum est, vel pœnam tantum, non utrumque peti debere, senserint, ut contrarium affirmare nimiæ videtur esse audaciæ, nisi forte ipsi contrahentes animum suum explicaverint, et utrumque, quod promissum est, et pœnam simul peti debere dixerint, quod tunc fecisse videmur, quum nominatim pactis sive contractibus adjecerunt, pœnam debere solvi rato manente pacto.

Quod Illustris Domina Sophia de pecunia dotis et summæ Neapolitanæ nomine sibi soluta, 20,000 talerorum civitati Magdeburgensi, 30,000 civitati Lipsensi, et 20,000 cameræ Marchiæ veteris crediderit, negari non potest, unde consequitur, quum Magdeburgum, Lipsia et Marchia vetus sub ditione Illustris Julii principis non sint, pecuniam dictis civitatibus et Marchiæ veteri creditam in ditione Brunsvicensi non fuisse, et ob id nec Illustrem Julium principem fuisse obligatum, dictas pecunias conquirere et in Poloniam mittere, nec potest Illustris Julius princeps ex eo pro possessore haberi, quod Magnificus regius orator ex interdicto, quod legatorum et similibus eum possidere, qui sciens possidere desiit, aut per quem stat, quominus possideat, contendit. Sed enim totum ad eum pertinet, qui dolo malo possidere desiit, ut ex memoratis interdictis, quorum bonorum, et quod legatorum clare constat ex vulgata juris regula; qui dolo desiit possidere, pro possidente damnatur, quia pro possessione dolus est, qui dolo de regula juris satis intelligitur. At Illustris Julius princeps dolo malo dotem et summam Neapolitanam Illustri Dominæ Sophiæ post mortem Illustris sui parentis non solvit, quemadmodum ex iis, quæ in specie de solutione dotis et summæ Neapolitanæ supra dicta sunt, luce meridiana clarius constat. Quod vero Illustris Julius princeps pecuniam civitatibus Lipsensi et Magdeburgensi creditam repetivit, id justissimis de causis factum esse ex defensionalibus Illustris Julii principis videre est. Et mandatarius Illustris Julii principis Magnificum regium oratorem ea sapientia et prudentia præditum esse credit, ut principi viro non temere dolum malum affingat.

De cautione præstanda supra satis dictum est, et ob id mandatarius Illustris Julii principis supervacaneum esse judicat, plura de eo facere verba, hoc tamen silentio præterire non potest, non ideo minus recte cautionem peti, quod in pactis dotalibus absolute et simpliciter dicitur, restitutionem fieri debere, nulla cautionis facta mentione: quum enim post pacta dotalia hoc supervenerit, quod Serenissimus et potentissimus rex Sveciæ postulat vel omnia, quæ ab Illustri Domina Sophia relicta sunt, vel certe majorem isto-

rum omnium partem, et Serenitati ipsius jus agendi non videatur deesse, ideo novo quoque auxilio Illustri Julio principi opus est cautione, nimirum indemnitatis. Quae enim de novo emergunt, novo indigent auxilio, et in rebus novis novum est remedium et consilium suggerendum. Etenim ex causa superveniente receditur a constitutione, quae tendit ad noxam. Quoad ipsa bona paraphernalia: an vero aestimationem ipsorum, an utrumque velit petere, et alterutrum necesse est, ut Magnificentia ipsius petat, utrumque non potest. Nec ex eo quod jure traditum est, eum qui aurum petit, vel argentum, non recte agere, si pondus non exprimat. Ratio dissimilitudinis haec est: qui aurum petit, vel argentum, certi nihil petit, sed generaliter agit, et ex illa generali actione sive petitione non potest sequi condemnatio certa, et ideo necesse, ut certum pondus auri, vel argenti in petitione exprimatur: hoc modo peto quinque libras auri, vel argenti. At secus est, quando bona paraphernalia repetuntur; illa certa sunt et ex certis constant corporibus, nec, dum petantur, necesse est valorem eorum exprimere, sed judex reum ad bona paraphernalia restituenda condemnare potest. Quodsi tamen valor exprimatur, diserte adjici debet, utrum ipsa bona paraphernalia, an vero aestimationem eorum quis habere velit, utrumque enim simul, ut dictum est, petitor consequi non potest, quia bona fides non patitur, ut idem bis exigatur. Non igitur simile est, quod pro simili a Magnifico regio oratore adfertur. Nec potest Magnificus regius orator bona paraphernalia in genere petere, et valorem ipsorum in specie, sed alterutro, vel ipsis bonis paraphernalibus, vel valore eorum Magnificentiam ipsius contentam esse oportet.

Vulgata est juris regula, quemlibet in re sua liberum moderatorem esse et arbitrum. Ex hac regula efficitur, Illustrem Dominam Sophiam potuisse de summa Neapolitana, clenodiis et aliis propriis suis rebus ad voluntatem et placitum suum in vita et morte disponere, nec est necesse, ut alia ratione id doceatur, quum qui regulam pro se habet, onere probandi non gravetur. Sed et pacta dotalia claris verbis Illustri Dominae Sophiae de rebus suis disponendi facultatem concedunt, ita enim pacta habent: „de auro, argento, clenodiis, pecunia, vestibus, liberam habebit disponendi facultatem in vita et in morte," et quum de hac re supra quoque dictum sit, mandatarius Illustris Julii principis latius de ea nunc non aget.

Libellum Magnifici regii oratoris conclusione justa et legitima carere, ex inspectione libelli notius est, quam ut verba de eo fieri debeant. Et quamvis Magnificus regius orator in articulo 17 petat, ut sententia de omnibus in libello nominatis feratur, tamen hoc pro conclusione libelli habendum non est, quum aliud sit conclusio, aliud articulus in libello positus.

Ex his omnibus relinquitur, libellum a Magnifico regio oratore judicialiter exhibitum, justum, legitimum et juridicum non esse, sed admodum male esse formatum, ac mendis plurimis laborare, eaque per replicam Magnifici regii oratoris non sublata, sed potius aucta esse; maxime quum Magnificus regius orator replicando affirmet, se in genere paraphernalia bona petere, et in specie valorem ipsorum, quum nec in genere, nec in specie bona paraphernalia et valor ipsorum simul peti possint, sed vel paraphernalia bona sola sint petenda, vel solus valor bonorum paraphernalium. Quare mandatarius Il-

lustris Julii principis petitionem suam in exceptionibus post ostensa libelli vitia positam repetit, et Illustrem suum principem ab instantia absolvi petit, ad hoc Illustrissimorum principum electorum officium quam humillime implorans.

Ad responsiones quod attinet datas a mandatario Illustris Julii principis ad singulos articulos positionales, agnoscit mandatarius Illustris Julii principis Magnificum regium oratorem in datis responsionibus acquiescere.

Quod vero Magnificus regius orator judicat necessarium non esse respondere ad articulos defensionales Illustris Julii principis, id judicium iniquum est et pravum, et cum legibus pugnat. Omnes enim leges reo convento defensionem concedunt, eaque est juris naturalis gentium et civilis, et non scripta lex, sed nata, quam non didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipsa arripuimus, hausimus, expressimus, ad quam non docti, sed facti, non instituti, sed imbuti sumus, ut praclare a Cicerone est traditum, et ob id defensio nemini denegari potest. Necesse itaque est, ut Magnificus regius orator legibus, quibus Magnificentia ipsius, non minus quam mandatarius Illustris Julii principis subjicitur, satisfaciat, et ad singulos articulos defensionis separatim per hac verba: credit articulum verum esse, aut non credit esse verum, respondeat. Nec ab hujusmodi responsione singulari Magnificus regius orator idcirco liberari potest, quod Magnificentia ipsius prætendit se eandem rem sæpius repetere et inculcare non velle. Mandatarius enim Illustris Julii principis negat Magnificum regium oratorem respondendo ad defensionales articulos eandem rem repetiturum, sed et repetitio ejusdem rei non improbatur, quoties per eam, quod ante dictum est, clarius, apertius et dilucidius exponitur. Quare mandatarius Illustris Julii principis a Magnifico regio oratore singulares responsiones ad singulos defensionis articulos expectat: quod si Magnificentia ipsius respondere singulis articulis noluerit, mandatarius Illustris Julii principis quam humillime petit, omnes et singulos defensionis articulos pro confessis acceptari, et Illustrem suum principem ab instituta actione cum refusione expensarum absolvi.

Reconventio denique sive mutua petitio, quam mandatarius Illustris Julii principis jure legibus et recessibus hoc ipsi permittentibus instituit, non est tergiversationis præsidium et refugium: nusquam ita reconventio appellatur, et nimiæ audaciæ est, sacratissimas leges tergiversationis præsidium nuncupare. Gravissimis autem de causis reconventionem institutam esse, ex ipsis reconventionis articulis satis apparet, qui et certi sunt, et rem certam persequuntur, et mandatarius Illustris Julii principis confidit, se omnia quæ reconveniendo complexus est, liquido probaturum et ostensurum, non ex somniis certorum hominum ea profecta esse, sed ex firmis, veris ac solidis rationibus et fundamentis esse desumpta. Etenim ut reliqua taceantur, quæ Illustrem Dominam Sophiam ejusque bona concernunt, nihilque dicatur de transactione, quam Serenissimus et potentissimus rex Sigismundus Augustus cum Illustrissima Hedvige, electorissa Brandeburgica, post obitum Joannis Sigismundi, principis Transilvaniæ, iniit, de quibus omnibus rectissime reconventionem, sive mutuam petitionem, institutam esse, nemo negaverit, certum est, Barbaram Scepusiensem ad Serenissimum et potentissimum Sigismundum primum, regem Poloniæ, attulisse dotem satis amplam, quæ ad minus 50,000 aureorum Hungaricorum fecit, sicuti literæ Joannis, regis Hungariæ,

ab ipso Magnifico regio oratore productæ, et manu regis ad petitionem Sigismundi, regis Poloniæ, scriptæ, indubitatam ea de re fidem faciunt. Paraphernalia etiam Barbaræ Scepusiensis omnia regia fuisse, et 20,000 aureorum Hungaricorum facile fuisse, ex eo non improbabiliter statuitur, quod Barbara Scepusiensis unica fuit ditissimi comitis Stephani Scepusiensis, palatini Transilvaniæ, filia, et potentissimo regi Poloniæ in matrimonium est collocata.

Hæc omnia, quæ Barbara Scepusiensis ad Sigismundum primum, regem Poloniæ, attulit, post obitum Barbaræ ad ejus unicam filiam, Hedvigem, Illustrissimam electorissam Brandeburgicam, non solum jure civili, verum etiam naturali ipso jure devoluta fuerunt. Ea de re audiat Magnificus regius orator jurisconsultos: inquit jurisconsultus: ratio naturalis quasi lex quædam tacita liberis parentum hæreditatem adjicit, ad debitam successionem eos vocando. Sic Sigismundo Augusto, rege Poloniæ, mortuo, nullis liberis relictis, jure naturæ æquum est, ut portio omnium bonorum, tam mobilium, quam immobilium, quæ Sigismundus primus reliquit, quæque Sigismundo primo mortuo, filius Serenitatis ipsius Sigismundus Augustus occupavit et detinuit, ad Hedvigem, Illustrissimam electorissam Brandeburgicam, utpote filiam Sigismundi primi, perveniat. Illustris igitur Julius princeps non ex somniis quorundam hominum, sed ex jure naturali et civili agit, et illa reconveniendo petit, quæ Hedvigi, Illustrissimæ electorissæ Brandeburgicæ, civili et naturali jure debentur, idque dum facit Illustris ipsius Celsitudo, dignitatem et prærogativam principum et jura regnorum non lædit, quæ non hoc volunt, ut quod jure naturæ et civili alicui debetur, non petatur. Quinimo quum pro Illustri Julio principe jus naturæ et civile militent, contrarii probatio Magnifico regio oratori incumbet. Contrarium vero probari non posse, omnino sibi mandatarius Illustris Julii principis persuadet. Frustra enim instrumentis dotalibus cautum fuit, Illustrem Dominam Sophiam paternæ et maternæ et fraternæ hæreditati cum Illustri suo marito, principe Henrico juniore, renunciare debere, si dignitas et prærogativa principum, ac jus regni non patiuntur, ut filia parentibus succedat. Frustra quoque Sigismundus primus, rex Poloniæ, sciens se teneri ad restitutionem dotis et bonorum paraphernalium defunctæ conjugis Barbaræ Scepusiensis, longe post mortem Barbaræ Scepusiensis a Joanne rege Hungariæ petiit, ut Regia ipsius Serenitas sub propria manu et sigillo regio testaretur, quantam dotem Barbara, soror ipsius germana, ad ipsum Sigismundum attulisset, si dignitas et prærogativa principum ac jus regni filiam a successione paterna et materna removent. Denique literæ manu regis Hungariæ scriptæ aperte testantur, dignitati et prærogativæ principum ac juribus regni non adversari, ut filiæ ad parentum successionem admittantur. Quæ omnia suo tempore mandatarius Illustris Julii principis plenius et verbosius se explicaturum in se recipit. Et vehementer mandatarius Illustris Julii principis admiratur, quod Magnificus regius orator reconventionem et mutuam Illustris Julii principis petitionem, præscriptione sublatam et sepultam, ab inferis quodammodo revocari dicit, quum Magnificentia ipsius in singulis fere foliis jus gentium et æquitatem citet, et jus gentium ac æquitatem inspici debere velit, cui præscriptio quam maxime adversatur, ea namque contra jus naturæ et æquitatem naturalem recepta et introducta est. Sed

nec præscriptio reconventionem sive mutuam petitionem Illustris Julii principis in naturali et civili ratione, ut supra ostensum est, fundatam submovet: jure siquidem cautum est, filios filiasque, nepotes neptesque, ab hæreditate matris sive patris, avi aut aviæ, non nisi 90 annorum præscriptione repelli posse.

Sed et reconventio sive mutua petitio non idcirco impeditur, quod Serenissimus et potentissimus Poloniæ rex nullius rei mobilis vel immobilis in regno Poloniæ successor est. Licet enim Regia Serenitas non ex successione, sed electione regnum Poloniæ obtinet, tamen Serenitas ipsius, quia rex est Poloniæ, regnum Poloniæ defendere, et quascunque actiones regni nomine excipere tenetur, de quo nemo unquam dubitavit.

Sic reconventioni sive mutuæ petitioni vigore legum et recessus Magdeburgensis et recessus item Francofordiensis institutæ nihil obstat, quod Magnificus regius orator prætendit, Serenissimum et potentissimum regem possessione dejectum esse, et ob id reconveniri non posse. Negat enim mandatarius Serenissimum regem in possessione arcium Schoningensis et Ierxensis unquam fuisse, et quum non fuerit, dejici non potuit. Nec probatur prætensa a Magnifico regio oratore possessio ex eo, quod affirmat orator Magnificus Serenissimum regem a pactis in possessione collocatum fuisse: pacta enim nulli possessionem tribuere possunt, sed omnis possessio acquiritur animo et corpore, neque per se animo, neque per se corpore, sed animo et corpore simul, ut a jureconsulto traditum est.

Denique nihil ad rem facit, nec reconventionem impedit, quod Magnificus regius orator ait: pacta removere reconventionem: ad id respondisse sat erit, nusquam id in jure scriptum esse, nec etiam pactis dotalibus hoc esse cautum.

Quum igitur quæ contra defensionem et mutuam petitionem Illustris Julii principis a Magnifico regio oratore replicando adferuntur, nullius sint momenti, et Magnificus regius orator sibi ad suam conventionem responderi postulet, ac non modo æquum et justum, sed legibus etiam scriptis, et recessui Magdeburgensi et Francofordiensi consentaneum sit, ut Magnificentia ipsius ad reconventionem sive mutuam Illustris Julii principis petitionem respondeat: Illustris etiam Julius princeps quæ Celsitudini ipsius natura, jure et legibus debentur, non alia ratione, quam reconveniendo consequi possit; quum Celsitudo ipsius omnem spem in Polonia aliquid obtinendi sibi præcisam esse, ex eo plus quam satis intelligat, quod Serenissimus et potentissimus rex Poloniæ, Sigismundus Augustus, etiam sæpissime interpellatus, nihil Illustrissimæ Hedvigi, electorissæ Brandeburgicæ, ut in reconventione, sive mutua petitione, latius est deductum, restituerit; quodque Magnificus regius orator prætendit, justissimam et æquissimam, et præscriptione non extinctam Illustris Julii principis petitionem, concernentem dotem et bona parapheruália Barbaræ Scepusiensis, et virilem portionem omnium bonorum regis Sigismundi primi, ab inferis quodammodo revocari: idcirco mandatarius Illustris Julii principis quam humillime petit, ut Sacræ Cæsareæ Romanæ Majestatis commissarii, Illustrissimi principes electores, Magnifico regio oratori mediante judiciali sententia injungant, ut Magnificentia ipsius non modo ad articulos defensionis singulariter respondeat, sed et quoad reconventionem, litem contestetur, et ad singulos articulos mutuæ petitionis singulares respon-

siones exhibeat sub hac comminatione, si id factum non fuerit, articulos defensionales pro confessis, litem pro contestatu et articulos mutuae petitionis pro veris itidem ac confessatis haberi debere. Ad quae omnia et singula mandatarius Illustris Julii principis officium Illustrissimorum principum electorum implorat, petens sibi jus et justitiam administrari, aliis omnibus legitimis remediis sibi reservatis (1). Actum Francoforti ad Oderam, tertia die decembris, anno Christi 1584, secundum vetus calendarium.

LIII.

Il duca di Olica (1) al cardinale Bolognetti.

Annales Eccl. Theineri, t. III, p. 781.

Drobniejszym drukiem

Donosi nuncyuszowi o poślubieniu xiężniczki Wiszniowieckiej, córki zmarłego wojewody Wołyńskiego, która lubo heretyczka, urodzona z heretyków ojca i matki, tak jest dobra, że ma nadzieję, o jej nawróceniu na wiarę katolicką, co gdy nastąpi, nie omieszka o tem szczęściu nuncyusza uwiadomić. Pisze mu także o założeniu kollegium Jezuitów w Ołyce. W innych zaś dobrach, gdzie nie było, jak mówi, najmniejszego zapachu religii katolickiej, ustanowił plebanie, sprowadził i nadał plebanów. Di Niesvisi a 5 di decembre 1584.

Sprawdziły się słowa Katarzyny Jagiellonki, królowej Szwedzkiej, do swej siostry Zofii, xiężny Brunszwickiej, w liście przed dwunastą laty, z Stegeborga, 22 sierpnia 1572 roku pisanym: „Potomstwa nie ma (Zofia); kiedy umrze, pasierb po niej wszystko pobierze, a żadnemu się przyjacielowi po niej nic nie dostanie, bo nie będą tak Niemcy głupi jako Węgry, żeby mieli co wydać.” Jagiellonki Polskie Alexandra Przezdzieckiego, t. III, p. 267.

LII. (1) Wyznaczeni od cesarza do osądzenia sprawy o spadek po xiężnie Brunszwickiej elektorowie Saski i Brandeburski, czyli raczej ich subdelegowani postanowili, że król ma odpowiadać podług prawa cywilnego na wszystkie punkta obrony Juliusza xięcia Brunszwickiego. Król napisał do elektorów listy, których nie mamy, z oświadczeniem, że na to nie zezwala. Więc elektor Saski uchylił się, od dalszego sprawowania urzędu sędziowskiego, i tym sposobem sprawa ta, zagmatwana przez prawników Niemieckich, poszła znowu w odwłokę, i dopiero za Zygmunta III wznowiona została. Nie mógł król Stefan, pomimo wszelką dla Niemców powolność, przyjść z nimi do ładu, otrzymać w ich sądach sprawiedliwości; bo za swój Zalmar i Nemeti od cesarza Rudolfa z wielką trudnością, po kilkoletnich rokowaniach co innego dostał, posagu zaś xiężny Brunszwickiej od Juliusza dla żony wcale nie odzyskał.

LIII. (1) Ten duca di Olica jestto Mikołaj Krzysztof Radziwiłł przezwany Sierotką, syn Mikołaja Radziwiłła Czarnego, pielgrzym do Ziemi Świętej, mianowany wielkim marszałkiem W. X. Litewskiego pod Połockiem, gdzie kulą z półhaka w głowę raniony został. Pojął w małżeństwo Elżbietę Eufemią, córkę Andrzeja Korybuta xięcia Wiszniowieckiego, wojewody Wołyńskiego, przezwanego Herkulesem Wołyńskim. Wziął z nią ślub w Derewni, 24 listopada 1584, i miał z niej sześciu synów i trzy córki.

LIV.

Dimissio regii internuntii in secundo conventu Mariæburgi habito ~~(2)~~ (1).

91 47 Teka Naruszewicza 97. Ex Hist. Prussiæ Lengnichi t. III, 76.

Quemadmodum jam antehac D. consiliarii Prussici, Serenissimæ Majestati Regiæ, Domino suo clementissimo, amplissimis verbis immortales egerunt gratias, quum quod per Dominum legatum suum ad ipsos clementiam suam regiam benignissime deferre dignata fuerit, tum quod vere paternam pro communi Republica curam et sollicitudinem clementissime susceperit, et harum etiam seorsim Terrarum benignissimam rationem habuerit; ita nunc omnes Status et Ordines earum Terrarum submisse et debito cum venerationis studio faciunt, idque eo magis, quod videant et ex non obscuris indiciis et argumentis animadvertant, omnia a Majestate ejus Regia paterno plane amore ac studio suscipi, nihilque magis Eam optare, quam dignitatem Reipublicæ firmam et omnibus numeris absolutam esse; quod vere regium est et patris patriæ nomen merito meretur.

Quum vero Serenissima Regia Majestas, Status et Ordines harum Terrarum clementissime etiam monere et adhortari dignata fuerit, ut ad constitutionem rerum publicarum nuntios ad futura comitia ex suo corpore eligant, et Varsaviam mittant, nihil habent antiquius, quam ut ea in re, licet libertatibus et antiquis bene receptis consuetudinibus contraria, Serenissimæ Majestati Regiæ, urgentibus communis Reipublicæ negotiis, morem humillime gerant, et tales quidem ad ea comitia mittant, qui non tantum hoc statuant, quod cum Serenissimæ Regiæ Majestatis et Reipublicæ commodo conjunctum sit, sed eam etiam harum Terrarum earundemque jurium, libertatum, privilegiorum et consuetudinum rationem habeant, qualem incolarum omnium necessitatem, communicatis consiliis, exigere judicaverint, omnino confidentes, Serenissimam Majestatem Regiam Ordinibus Prussicis clementissimo suo studio nequaquam defuturam, sed eos gratia sua regia benignissime complexuram esse. Quorum vicissim ea erit sempiterna cura, ut nullum fidei, aut subjectionis genus, in contestanda observantia et obsequiis suis, pro tanto tamque clementissimo beneficio unquam intermittant. In quorum omnium fidem sigillum Terrarum Prussiæ præsentibus est subappressum. Datum Mariæburgi in conventu generali, die 20 mensis decembris, anno a Jesu Christo nato 1584.

LIV (1) Na tym drugim sejmie Malborskim, chciał poseł królewski Szorc, swą mowę na pierwszym mianą powtórzyć; ale Stany mając już ją na piśmie, poprzestały na jej odczytaniu.

